

24  
181481

24

181481

致命聖人史畧

*Acta Sanctorum  
Martyrum*

*A. Textus  
Latinus cum notis Sinijs*

*Ad usum  
Seminariorum Sinensium*

*Typis Miss. catholicee Yenchowfu, Shantung*

1 9 3 2

Acta  
Sanctorum Martyrum

# *Scriptores Latini Christiani*

Auctore P. Dr. theol. Fred. Küttermann SVD.

---

---

## Acta Sanctorum Martyrum

致  
命  
聖  
人  
史  
畧

*TEXTUS LATINUS CUM NOTIS SINICIS*

*Ad usum seminariorum Sinensium*

Typis Missionis catholicæ Yenchowfu, Shantung 1932

**NIHIL OBSTAT**

P. Ed. Breitkopf SVD.  
Libr. Censor

**IMPRIMI POTEST**

P. H. Schoppelrey SVD.  
Sup. reg.

**IMPRIMATUR**

Yenchowfu, 7. Martii 1932

† A. Henninghaus  
Vic. Apost. de Yenchowfu

---

## Præfatio

*Primum Concilium Sinense pro seminariis Sinensibus statuit, ut „linguas præsertim Latinam et patriam alumni accurate discant“ (672, 2) et „doceatur lingua Latina ea ratione, quæ alumnos ad studium philosophicæ et theologicæ præparet: adeoque cum ex auctoribus classicis aureæ ætatis, tum ex SS. Patribus, ne neglectis quidem nonnullis hymnis liturgicis et selectis Breviarii lectionibus“ (672. 4).*

*Quæ decreta ut facilius in praxim deduci possint, hisce incipit series fasciculorum, qui pro seminariis Sinensibus exarati, „Scriptores Latini Christiani“ inscribuntur. Ex immenso fere thesauro Patrologicæ sensu latiore sumptæ, scilicet sanctorum Patrum et Scriptorum ecclesiasticorum, eligam margaritas, quæ, etsi non semper forma, attamen semper valore doctrinæ virtutisque christianæ quemcumque classicum auctorem paganum longe superant.*

*Quid proderunt seminaristis Sinensibus Cornelii Nepotis vitæ heroum paganorum, cum Acta Martyrum\*) copiosissime nobis referant de heroibus christianis, quorum vita abundat forti animo ac virtutum exemplis? Nonne magister ista lectione christiana facilius seminaristas instruet atque ad imitationem inflammabit, cum etiam in Sinis istud tritum valeat: „Exempla trahunt“? Nemo ignorat, paganorum auctorum scripta haud raro esse nonnisi verba vacua.*

*Sed mihi objicies: „Stilus classicus est necessarius!“ Eheu, quis nostratum scribit stilo Ciceronis? Qui modernus Latinista, etsi sit optimus, utitur meliore sermone quam Octavius, S. Cyprianus, S. Hieronymus? Nullus sacerdos hodiernus istis indigebit elegantiore genere dicendi ac scribendi. Unusquisque seminarista et sacerdos Sinensis linguam Latinam, quæ adhuc diebus nostris toto regno Christi vivida est, calleat, oportet. Vix autem quisquam ea melius pollebit, quam qui studio intento ac sat diuturno christianorum libros classicorum volutavit. Ita Matris nostræ Ecclesiæ lingua, qua philosophia et theologia in majoribus seminariis traduntur, quaque postea in Liturgia (in Missa et Breviario) quotidie cum Deo O. M. et Sanctis ejus conversabitur, paulatim seminaristæ Sinensi fiet propria et familiaris.*

---

*\*) Sanctorum Martyrum causa sæpe coram iudice agebatur, iudicis autem quæstiones et fidelium responsiones solebant mandari litteris, quæ usque nunc „Acta Martyrum“ nominantur.*

---

*Cum experientia doceat, præsertim historias et narrationes discipulis nostris placere, primo fasciculo quinque Acta SS. Martyrum 2. et 3. sæculi christiani continentur. Quæ Acta jam Latinistæ, Elementis linguæ Latinæ (Weig-Mittler) absolutis, magistro duce et præparatione (B) adhibita, vertere poterunt. Cum altera lectione materia repetetur, discipulus ipse eam accurate Sinice vertat atque de historia tractata conversatio Latina instituat. Immo Acta I et II, forsitan et V, a discipulis melioribus, qui sententias assignatas memoriæ tradiderint, coram tota classe in scena ludi possent. Ita et magister et discipuli laborum ac studiorum fructibus fruerebuntur.*

*Agitur de sanctis Martyribus, qui partim in Asia nati sunt: I. S. Justinus ejusque socii et IV. SS. Carpus, Papyrus et Sa. Agathonica; partim ex Africanis sunt oriundi: II, III, V. Qui Martyres Africani: Scilitani et SS. Perpetua et Felicitas cum sociis Carthagine (cf. pag. 48 Notam 2), ubi proconsul residebat, passi sunt, S. Cyprianus, episcopus Carthaginiensis, autem prope urbem propter Christi fidem capite truncatus est.*

*Ut discipuli aliquo modo sciant, ubi sancti Martyres sanguinem suum pro Christo effuderint, charta geographica adjecta est, quam Ven. Fr. Berchmans Brückner SVD. juxta nuperrime editum „Atlas der Katholischen Missionsgeschichte, von P. Dr. Johannes Thaurer SVD., Missionsdruckerei Sankt Gabriel, Mödling bei Wien, 1932“, delineavit.*

*Gratias ago iis, qui notas a me præparatas verterunt, imprimis R. P. Vito Chang SVD. (II et III), Fr. cl. Rudolpho Sung SVD. (I et IV), Acolytho Aloisio Liu (V). Etiam collegis et confratribus meis, qui sive consiliis sive correctione foliorum sive alio modo auxilium mihi præstiterunt, hisce ex animo grates refero.*

*Exi, libelle mi, sub tutela Cælestis Sinarum Regine, ut Ecclesie catholice spes in Sinarum seminariis accrescat. Quodsi fautores et amatores inveneris, deprecare, ut mittant mihi corrigenda et monenda, quibus Spiritu adjuvante, libenter acquiescam.*

*YENCHOWFU, festo S. Roberti Bellarmini, die 13 Maji 1932*

*P. FRED. HÜTTERMANN SVD.*

---

---

## Index

<i>I. Acta S. Justini Philosophi et sociorum ejus:</i>	
<i>Præfatio</i> . . . . .	1
序 . . . . .	2
<i>Textus</i> . . . . .	3—8
<i>II. Acta Scilitanorum Martyrum:</i>	
<i>Præfatio</i> . . . . .	9
序 . . . . .	10
<i>Textus</i> . . . . .	11—14
<i>III. Passio SS. Perpetuæ et Felicitatis:</i>	
<i>Præfatio</i> . . . . .	15
序 . . . . .	16
<i>Textus</i> . . . . .	17—37
<i>IV. Martyrium SS. Carpi, Papyli et Agathonicæ:</i>	
<i>Præfatio</i> . . . . .	38
序 . . . . .	39
<i>Textus</i> . . . . .	40—45
<i>V. Confessio et Martyrium S. Cypriani Episcopi:</i>	
<i>Præfatio</i> . . . . .	46
序 . . . . .	47
<i>Textus</i> . . . . .	48—53
<i>Abbreviationes</i> . . . . .	54

---



## *I. Acta S. Justini Philosophi et sociorum ejus*

*Justinus, Prisci filius, jam a Tertulliano (adv. Valent. 5) „philosophus et martyr“ vocatus; e parentibus Græcopaganis initio secundi sæculi Flavie Neapoli (olim Sichem) in Samaria natus est. A prima juventute, cum esset veritatis studiosissimus, non hæsitabat, quibusvis philosophorum sectis existentibus nomen suum dare. Quodam die ad maris litus, prope Ephesum ut ferunt, deambulavit, cum senex venerabilis adstans eum docuit, veros sapientes esse Prophetas, qui Christum mundi Salvatorem prædixerint (cf. Dialog. 1).*

*Abhinc doctrinam revelatam „solam certam atque utilem sapientiam = philosophiam“ (Dial. 8) habebat ac nuntiabat. Philosophus christianus, pallio philosophico indutus, Missionarius orbem terrarum perlustravit, bis Romam venit, ibique scholam condidit. Tatianum inter discipulos numerabat, Crescentem autem cynicum adversarium cognoscebat. Quem philosophum cum publice ignorantie coarguisset, istius „fraude et machinationibus“ (Eusebius, Hist. eccles. l. 4, 16) apud Junium Rusticum, Romæ (a. 163—167) præfectum, christianus accusatus est.*

*Quæcumque coram judice de Justino ejusque sex sociis acta sunt, tum breviter cum sincere relata invenies in „Martyrio S. Justini et sociorum,“ cujus præmium et conclusio tamen a quodam christiano collatore addita sunt. Textum Græcum cum versione Latina edidit Migne, Patrologia Græca 6, 1565—75, quam antiquam versionem lectori benevolo proponimus (cf. Ruinart, Acta Martyrum, Ratisbonæ 1859, 105—107; Rauschen, Flor. patr. 3. Bonn 1905, 97—103).*

*S. Justinus inter christianos primus fecundior scriptor æstimatur, cujus octo opera Eusebius recognovit. At proh dolor! scripta adversus hæreticos, imprimis contra Marcionem, perierunt; tamen „Apologia (I) ad Antoninum Pium“ et „Apologia (II) ad Marcum Aurelium“ et „Dialogus cum Tryphone Judæo“ ad nos pervenerunt. Itaque jure merito secundi sæculi celeberrimus apologeta ab omnibus prædicatur. Leo XIII. Papa ejusdem Officium et Missam in universa Ecclesia celebrari jussit die 14. Aprilis.*

## 序

致命哲士儒斯定, Priscus 的兒子,是希拉人士.父母俱係外教.第二時代初興的時候,生於撒瑪利亞省西森地方,其城名 Flavia Neapolis.自幼專心尋求真道,攻讀了不少的哲學派.

據聖人自述自己歸正的經過說:當初我未識正道以前,先跟着斯多噶學了哲學.此一派人所講的,皆不出物質一方面.論到神道,不惟不究察,反輕視小看.故此我甚不滿意,不願再繼續攻此派哲學.遂即投奔了逍遙學派,他們前數日尙且等耐我.不久即向我索取金錢.這就是我離開他們最大動機.因為我臆斷貪賄的學派,決不是真正的.後來又要跟着畢達哥拉斯學派,但他先叫我學習音樂,天文,幾何諸學.我很不悅意,因為我來的原為尋求天地真主,為習這些學科,尙得犧牲許多歲月.我就不耐等候,遂又離開了他,入了柏拉圖學派.當時在我本村上,有一位馳名的柏拉圖派的哲學士.此一派的學說,甚投我意.蓋他們演究的是純粹的神道,超形界的事物.旨意在於使人能直接見着天主.有一位老年,將先知論耶穌的預言述說了一遍,這就是真正哲學.我這才恍然大悟,信奉了真教.後來數次見了教友們致命的表樣,確知他們全是義人,並沒有犯過國法,竟敢甘心為他們的教理捨命.遂意中判斷,此一定是真教.自此以後我就決意捨棄了一蓋的哲學,歸奉了天主教.

自此以後,不但聖人自己以天主默啟的道理,為維一,的確,有益的哲學,且著哲士制服,遍處宣傳,兩次行至羅馬京都,於地建設了一座學院.收徒設教,專講聖教要理.他的統計著作,共有八部.其最著名的,有兩部辯護學及對猶太人的一部問答.有一次在羅馬大街上,於民衆面前,辯破了對手 Crescens.此人含羞而退,積怨在心,遂於都城市長台前控告了聖人.大約於西歷一百六十五年得了致命的花冠.後經教宗良第十三位定准於四月十四日聖教會過他的瞻禮.

# Acta S. Justini Philosophi et sociorum ejus

## 哲士儒斯定受審的口供

### I. 鴻義被拿以後,承認基多

Quo tempore nefarii superstitionis idolorum repugnatores impia contra pietatem ac religionem servantes Christianos per singulas urbes et regiones edicta<sup>1)</sup> proposuerunt, ut quicumque Christiani deprehensi essent, idolis sacrificare cogerentur:<sup>2)</sup>

Comprehensi Justinus et qui cum illo erant,<sup>3)</sup> adducti sunt ad Romæ Præsidem, Rusticum<sup>4)</sup> nomine. Quibus ante tribunal constitutis, Rusticus Præses dixit Justino: „Age, esto diis obediens, et Imperatoris edictis!“ Illi autem Justinus respondit: „Nemo unquam reprehendi aut condemnari poterit, qui Salvatoris nostri Jesu Christi præceptis obedierit.“ Tum Rusticus Præfectus; „In cujusnam,“ inquit, „eruditionis ac disciplinarum genere versaris?“ Cui Justinus: „Omnium disciplinarum genus discere conatus sum, omnemque eruditionem expertus.<sup>5)</sup> Postremo vero Christianorum

<sup>1)</sup> 比方 Trajani imperatoris (98—118) Rescriptum de Christianis Plinio: 假使有人告基多教的信徒,在過堂的時候,若他們當衆明明的否認是教徒,且在國神台前叩頭禮拜,以前雖有可疑之處,只因返悔之意,就當寬赦. Kirch, Enchiridion Fontium Historiæ Eccles. Antiq. 31. Epistola imperatoris Hadriani ad Minucium Fundanum proconsulem Asiæ 117—138. 於夏第諾皇上寄亞細亞省總官馮達諾的信上記載說:你在亞細亞省審判被告的信徒,決不可因衆人吵嚷判定人的罪案. 只該自己明曉內中情由,專作裁辨. 苟有人証確被告的信徒,有反抗法律的去處,理當據罪施刑. 但若有緣私仇誣告人的,亦當據其所告之罪,罰其本身. Ibid. E. H. 36. 參考 S. Justini, Apologia ad Antoninum I. 68 (E. H. 57).

<sup>2)</sup> 以上是識書人自著的序子,不歸口供.

<sup>3)</sup> 同聖人一齊致命的,有五位男教友,一位女教友.

<sup>4)</sup> Rusticus 他處亦稱之 Junius. 當聖人致命的時候,正是他當羅瑪 (a. 163—167).

參考 Dialog. cum Tryphone c 2 sq.; 看序.



disciplinæ adhæsi, quamvis illa non placeat his, qui falsæ opinionis errore ducuntur.“ Tum Rusticus dixit: „Illane, miserime, eruditione delectaris?“ „Maxime,“ inquit Justinus „quoniam recto cum dogmate<sup>1)</sup> Christianos ipsos sequor.“

At Præfectus: „Qualenam est istud dogma?“ Respondit Justinus: „Rectum dogma, quod Christiani homines cum pietate servamus, hoc est, ut Deum unum existimemus, factorem atque Creatorem omnium, quæ videntur, quæque corporeis oculis non cernuntur, et Dominum Jesum Christum, Dei filium confiteamur, qui præ-nuntiatus est a Prophetis, venturus humano generi salutis præco et magister iis, qui ab illo bene didicerint. Ego quidem, ut homo, imbecillis sum et longe minor, quam ut de infinita illius Deitate aliquid magnum dicere possim; Prophetarum munus hoc esse fateor. Illi enim hujus ipsius, quem Dei filium esse dixi, in orbem terrarum adventum, multis antea sæculis divinitus prædixerunt.“<sup>2)</sup>

## II. 市長問聚會的地點; 鴻義毅然應對論信德的問題

Quæsit Præfectus, quem in locum Christiani convenirent.<sup>3)</sup> Cui respondit Justinus, eo unumquemque convenire, quo vellet ac posset.<sup>4)</sup> „An,“ inquit, „existimas, omnes nos in eundem locum convenire solitos? Minime res ita se habet; quoniam Christianorum Deus loco non circumscribitur; sed, cum invisibilis sit, „*cælum et terram implet*,“<sup>5)</sup> atque ubique a fidelibus adoratur et ejus gloria collaudatur.“

Tunc Præfectus: „Age,“ inquit, „dicas, quem in locum conveniatis et discipulos tuos congreges.“ Respondit Justinus: „Ego prope domum Martini cujusdam, ad balneum, cognomento

<sup>1)</sup> Dogma 這句話是希臘文,在哲學上用爲原理或原則的意思,在神學上有律法或當信道理的意思。

<sup>2)</sup> 聖鴻義(Justinus)於駁辯邪說的聖師中,亦是很有名的。在市長台前,竟敢把當時的邪說都一一的指出,因爲他們否認基多爲先知預報的大造之子的信條。

<sup>3)</sup> 市長疑惑鴻義聖人,同教友們有犯禁的秘密聚會。

<sup>4)</sup> 當時的教友沒有公共的聖堂,不過輪着次序,能在各教友家聚集。

<sup>5)</sup> 我們教友們到處能欽崇朝拜天主,緣他不限式於地方,任何地處都有他, „充滿上天下地“ Jer 23, 24 (參看 Jo 4, 21, 24)。

Timiotinum,<sup>1)</sup> hactenus mansi. Veni autem in urbem Romam secundo,<sup>2)</sup> neque alium quempiam locum, nisi quem dixi, cognosco. Ac si quis ad me venire voluit, communicavi cum illo veritatis doctrinam.“ „Ergo Christianus es tu?“ inquit Rusticus. At Justinus: „Maxime, Christianus ego sum.“

### III. 另有幾位同鴻義在判官前承認基多吾等主的

Tunc Præfectus dixit Charitoni:<sup>3)</sup> „An et tu Christianus es?“ Cui Chariton: „Christianus ego sum, Deo ipso adjuvante.“ Quæsit Rusticus a Charitana muliere, num et ipsa Christi fidem sequeretur; cui respondit illa, se quoque, Deo dante, Christianam esse. Tunc Rusticus dixit Evelpisto: „Tu vero quisnam es?“ Evelpistus, servus Cæsaris, respondit: „Ego quoque Christianus sum, liberatus a Christo,<sup>4)</sup> et illius beneficio atque gratia ejusdem spei, cujus et isti sunt, quos vides, particeps factus.“ Post hæc Præfectus quæsit ab Hierace, num et ipse Christianus esset; cui Hierax dixit: „Certe Christianus et ego sum, eundem enim Deum colo atque adoro.“ „An,“ inquit Præfectus, „Christianos vos fecit Justinus?“ „Ego,“ inquit Hierax, „et fui et ero Christianus.“

<sup>1)</sup> 這個沐浴塘於羅瑪 Viminalis山上,當初是 Novatus 及 Timotheus 二人修蓋的.爲此也稱牠爲 Novati 池塘. Timiotinus 這個詞,大約著書人有了錯誤.後經 Baronius 讀過,改爲 Timothinum. 現今的聖母大堂 (S. Maria Maggiore) 就是在這座山上.

<sup>2)</sup> 鴻義奉教以後,仍然穿着哲士的制服,遊行各處,以便與各色人員接洽,乘機辯護真道,宣傳福音,因爲他拿着福音爲至真至確至有益的哲學. (Dialog. c. Tryph. c. 8). 據他自己說的: 誰若認識真理,能傳授而不傳授者,必受天主的重罰. (Dial. c. 82.). 因此他也上了羅瑪,宣傳福音. 第二次在那裏做長期勾留的時期內,也修了一座學堂.

<sup>3)</sup> 除了 Justinus 及 Liberianus 的名字是拉丁文外,其餘皆是希拉文. Justinus = 鴻義, Chariton = 毓美, Charitana = 玉伶. Hæc mulier vocatur Charitina apud Baronium ad an. 165. Evelpistus = 金望, Hierax = 黃爲, Pæon = 培英, Liberianus = 自如. 若遇有聖人的名字能照義繙,就可照義繙. 盼望教友們可以用做小名.

<sup>4)</sup> 金望雖然看似皇上的奴才,却想自己還是自由的,以爲自己既得了信德,有了寵愛,就是至高天主的兒女,還能算是奴才嗎? 參看 Gal 5. Col 3, 22—4, 1. 1 Tim 6, 1.

Stans autem et Pæon dixit: „Ego quoque sum Christianus.“<sup>1)</sup> „Et quisnam,“ inquit Præfectus, „te docuit?“ Respondit ille: „A parentibus bonam hanc confessionem ego accepi.“ Post hunc Evelopistus dixit: „Et ego Justini quidem sermones magna cum voluptate audiebam; sed a parentibus tamen et ipse Christianus esse didici.“ Tunc Præfectus: „Et ubinam parentes tui sunt?“ „In Cappadocia,“<sup>2)</sup> inquit Evelopistus. Quæsit Præfectus et ab Hierace, ubinam gentium essent ejus parentes. Cui respondit Hierax: „Verus pater noster Christus est, et mater fides, quia in ipsum credimus: terreni vero parentes mei mortui sunt. Cæterum ego ab Iconio<sup>3)</sup> Phrygiæ<sup>2)</sup> abstractus, huc veni.“ Quæsit Præfectus a Liberiano, quidnam et ipse diceret, num et Christianus esset atque in deos impius. „Et ego,“ inquit, „Christianus sum. Colo enim et adoro solum Deum verum.“

#### IV. 鴻義的信德和恆心

Tunc Præfectus conversus ad Justinum dixit: „Audi tu, qui eloquens esse diceris, et putas te veram disciplinam tenere: Si verberibus cæsus capite plectaris, persuasumne habes fore, ut in cælum ascendas?“ Cui Justinus „Spero“ inquit, „me habiturum, quod habent, qui Christi dogmata<sup>4)</sup> servaverint, si hæc ipsa, quæ dicis, peressus fuero. Scio enim omnibus, qui sic vixerint, divinam gratiam conservari, quoad totus mundus consummetur.“ Ad hæc Præfectus Rusticus: „Ergo futurum opinaris, ut in cælos ascendas, mercedem aliquam recepturus?“ „Non opinor,“ inquit Justinus, „sed scio, et hoc tam certum habeo, ut nihil dubitem.“

1) 培英雖然沒有被審問,竟敢毅然在判官前,承認自己是教友,足見其爲愛主而致命之誠心矣。

2) Cappadocia 及 Phrygia 是小亞洲的兩個省。從這兩個地方名字及聖人們的姓名看來,他們大約都是東方小亞洲人。

3) Iconium 城照他書記載皆說是在 Lycaonia 省。本書內及 Xenophon 歷史家在他著的 (Anabasis I. 2, 19) 書內却說在 Phrygia 省。從聖保祿在這個城裏開教以後,一百二十年還有教友,從這個行實上也證明了。參看 Act. 14, 1—3.

4) Christi dogmata: 統計鴻義對於來世的信條: 第一常生,第二永福的天堂, 第三死後善惡的報應, 第四公私審判。參考 I Rectum dogma etc.

Rusticus dixit: „Veniamus deinceps ad id, quod propositum est, et nos urget.<sup>1)</sup> Convenite simul, et uno eodemque animo diis sacrificate!“ Ad hæc Justinus: „Nemo,“ inquit, „qui recte sentiat, pietatem deserit, ut in errorem atque impietatem delabatur.“<sup>2)</sup> Præfectus Rusticus dixit: „Nisi jussis nostris parere volueritis, cruciatus sine ulla misericordia patiemini.“ Justinus autem: „Maxime nos in votis habemus, propter Dominum nostrum Jesum Christum cruciatus perpeti ac salvari. Hoc enim nobis salutem et fiduciam conciliabit ante ejusdem Domini et Salvatoris nostri terribile illud tribunal,<sup>3)</sup> cui totus mundus divino jussu assistet.“ Idem et reliqui omnes martyres dixerunt, hoc addentes: „Fac cito, quod vis; nos enim Christiani sumus, et idolis non sacrificamus.“<sup>4)</sup>

#### V. 衆聖人受鞭笞斬首之刑

Hæc audiens Præfectus talem sententiam pronuntiavit: „Qui diis sacrificare et imperatoris edicto<sup>5)</sup> parere noluerunt, flagello

- 1) 繙:請來!行我們判決的問題,不能再等待了.
- 2) 鴻義聖人因市長說話急驟,恐怕別人上了他的圈套,就立時辯護堅固他們的信德.真個一位良好的領袖老師.參看 Acta S. Cypriani III: Cypr. Episcopus Paterno dicit: „Bona voluntas, quæ Deum novit, immutari non potest.“
- 3) 參考 Rom. 14, 10 „因為我們都要站到基多的判台之前,受審判.12. 這樣說來,我們每一個人將來要向天主報自己的賬.“
- 4) 當時羅瑪教難,有時雖沒有原告,到底在人名冊上,有許多的名子,不知道是教友不是.官長願意證明,就領着他們神到像及皇上像前,叩頭祈禱,行祭禮,也叫他們咒罵耶穌的名子.因為他們決沒有法子,能強迫真教友辦這些事: C. Plinii (a. 62—113) Asiæ Minoris proconsulis relatio de Christianis ad Trajanum scripta a. 111—113. „Quorum (scil. 1. deos appellare; 2. imagini imperatoris thure ac vino supplicare; 3. maledicere Christo) nihil posse cogi dicuntur, qui sunt re vera Christiani.“ E. H. 29, 5.
- 5) 從前羅瑪皇上論信仰天主教的上諭.請看注意 I. 1. 自 161. 到 180. 年 Marcus Aurelius 爲皇上的時候,出了一道上諭反對教會沒有,歷史上沒有記載.但記載了他的一句話說:教友們的恆心但是固執成見=„mera obstinatio, ut in Christianis.“ 參看 E. H. 77.

cæsi<sup>1)</sup> ad capitalem pœnam abducantur, quemadmodum leges præcipiunt.<sup>2)</sup>

Itaque sancti martyres Deum collaudantes, ad consuetum locum<sup>3)</sup> perducti, post verbera<sup>1)</sup> securi percussi sunt, et in Salvatoris confessione martyrium consummarunt. Post hæc quidam fideles clam illorum corpora sustulerunt et in loco idoneo illa condiderunt,<sup>4)</sup> cooperante gratia Domini nostri Jesu Christi, cui gloria in sæcula sæculorum. Amen.

- 1) 羅瑪的法律,大約有三種光景,能用鞭子打人:第一用以審問罪案,第二用以罰不該死的罪人,第三用以預照將施的重刑.又是光在奴才及沒有羅瑪民權人身上用.這種刑罰羅瑪人用的最利害,因為沒有定數,猶太人光許用四十下.因此看來鴻義及同致命的,沒有羅瑪民權是外省來的喬戶.
- 2) 以上是在過堂的時候,外教書記官抄寫的真實的案子;以下是識書人自己加添的結束,如同前邊的序子一樣.從這兩篇的詞意看出來,識書人是個教友.
- 3) 於中文繙殺場,是施死刑的地方.然鞭打之刑在公堂上執行.參看 Cicero: „In foro medio nudari ac deligari et virgis expediri jubet.“ In Verrem, act. II l. V c. 62.
- 4) 此處亦有憑據,古代的教友也恭敬聖躅.合適的地方是教友們為致命的預備的特殊地方.



---

## II. Acta Scilitanorum Martyrum

*Primi Africani martyres erant sex Scilitani, oriundi Scilo, Numidiæ provincie urbe, quos Saturninus proconsul Carthagine die 17. Julii anni 180 p. Chr. n. capitis damnatos gladio truncari jussit. Hujus processus relatio et Græca et Latina ad nos pervenit, textus tamen Latinus brevior atque antiquior sine dubio acta ex officio coram judice descripta continet. Qui textus anno 1889 a Bollandistis (in „Analecta Bollandiana“ vol. 8. Bruxellii 1889, 5—8) eoque melior anno 1891 a Robinson (in „Texts and Studies“, vol 1. parte 2, Cambridge 1891, 104—121) est editus, quem secundum C. Kirch SJ., „Enchiridion Fontium Historiæ Ecclesiasticæ Antiquæ“, n. 71—76 excerptimus.*

---

## 序

書內記載的六位聖人，中有三位女子，在斐洲是首先為主致命的。他們的本城濟利，在奴米底亞省，離迦太基省城不甚遠。耶穌降生後一百八十年上，撒它尼是此省頭一個難為教會的副總統。當這個時候，他們為信德被了窘難，得了致命的榮冠。二百年後斐洲教友，還過他們的瞻禮。本天在大堂裏，衆教友面前，重念他們致命的行實，好似現在念主日瞻禮聖經的一樣。有聖奧斯定講的道理，可以作證：「弟兄們！今天我們聚集，過濟利致命聖人的大瞻禮。把他們的表樣放到眼前，教我們效法。因為我們決不能加增他們的光榮，他們得的花冠，光有天神們知道，如同聖保祿說的：「人眼總沒見過，耳朵總沒聽過。」」

## Passio Sanctorum Scilitanorum

### 濟利聖人們的致命始末

#### Acta proconsularia 副總統前的口供

##### I. 斐洲六位開始致命的信友；他們自證無罪

Præsente bis et Claudiano consulibus,<sup>1)</sup> XVI Kalendas Augustas,<sup>2)</sup> Karthagine in secretario<sup>3)</sup> impositis Sperato, Nartzalo et Cittino, Donata, Secunda, Vestia,<sup>4)</sup>

Saturninus proconsul<sup>5)</sup> dixit: „Potestis indulgentiam domni nostri imperatoris<sup>6)</sup> promereri, si ad bonam mentem redeatis.“ Speratus dixit: „Numquam malefecimus, iniquitati nullam operam præbuimus; numquam malediximus, sed male accepti<sup>7)</sup> gratias egimus: propter quod imperatorem nostrum observamus.“ Saturninus proconsul dixit: „Et nos religiosi sumus, et simplex est

- 1) Consul 總統是從 consilium 來的；是民國最高機關之領袖的名稱，當時治理羅瑪國的，便是這總統和其他一位輔佐。任期一年。所以他們紀年也就按着這個職位。裴塞德 (Præsens) 和堪第亞 (Claudianus) 爲總統的第二年，就是降生後一百八十年。
- 2) die 17. mensis Julii = 陽曆七月十七日。
- 3) in secretario impositis 這兩句話的意思，就是將被告的基多徒領到一個暗秘地方受判官的審問。
- 4) 此幾位聖人的名稱大約如此：Speratus = 希成，Nartzalus = 納佳，Cittinus = 吉第；Donata = 惠娥，Secunda = 瑞蓮，Vestia 裙敘。
- 5) Sat. proconsul 副總統代管的行省，稱爲代辦的總統省；替羅瑪皇上代管的省，稱元老院省：比如北斐洲，小亞洲。在斐洲難爲殺害教友們的第一任副總統 Publius Vigellius Saturninus；以後雙目失明。參看 Tertullian. ad Scap. 3. PL 1, 780.
- 6) 這位皇上是瑪爾谷 亞物樹 (Marcus Aurelius † 180) 博士的兒子，名叫德和 (Commodus 180—192)，爲了他妻子愛護教友的緣故，自己沒有親身難爲教會。
- 7) 『受了惡待... 反倒感謝』是本着基多 山中聖訓的意旨做的：『你們該爲難爲你們的祈禱』 Mt 5,44.

religio nostra, et juramus per genium<sup>1)</sup> domni nostri imperatoris, et pro salute ejus supplicamus, quod et vos quoque facere debetis.“

Speratus dixit: „Si tranquillas præbueris aures tuas, dico mysterium simplicitatis.<sup>2)</sup>“ Saturninus dixit: „Initianti<sup>3)</sup> tibi mala de sacris nostris aures non præbeo; sed potius jura per genium domni nostri imperatoris!“ Speratus dixit: „Ego imperium hujus sæculi non cognosco, sed magis illi Deo servio,<sup>4)</sup> quem nemo hominum vidit nec videre his oculis potest. Furtum non feci; sed si quid emero, teloneum<sup>5)</sup> reddo: quia cognosco Dominum meum, regem regum et imperatorem omnium gentium.“

## II. 致命者的毅勇

Saturninus proconsul dixit ceteris: „Desinite hujus esse persuasionis!<sup>6)</sup>“ Speratus dixit: „Mala est persuasio homicidium facere, falsum testimonium dicere.<sup>7)</sup>“ Saturninus proconsul dixit: „Nolite hujus dementiæ esse participes!“ Cittinus dixit: „Nos non habemus alium, quem timeamus, nisi Dominum Deum nostrum, qui est in cælis.“ Donata dixit: „Honorem Cæsari quasi Cæsari, timorem autem Deo.<sup>8)</sup>“ Vestia dixit: „Christiana sum.“ Secunda dixit: „Quod sum, ipsud volo esse.“

- 1) 因着吾主皇帝的保駕神我們發了誓。參考 Tertull. Apol. 32 (PL 2).
- 2) 『真實的奧妙』是影照着撒它尼 (Saturninus) 說的『我們的道門是真實的』一語。
- 3) Initiante (initium) 是 initio 1. 的現在時通名,指點: 一起頭說。
- 4) 說的是: 我們不認識皇上當至大的主子, 特是認天主當至大的主子。參考 II. 吉第說的句。
- 5) teloneum 在這裏是指的課稅; 本來可是稅局的意思。
- 6) 請聽這自命為信仰家的副總統吧! (看參 I 3) 他名基多的新教為『誘惑』為『瘋顛』(參看 II 1. 3. 句)
- 7) 希成給判官講了第五誡; 給自己和自己的同伴講了第八誡。又證明自己和衆位教友現在和將來是嚴守第五, 第四 (參考 I 2.) 和第一, 第二, 並第七誡的 (參考 I 6.)
- 8) 參看 Mt. 22, 21.

Saturninus proconsul Sperato dixit: „Perseveras Christianus?“ Speratus dixit: „Christianus sum.<sup>1)</sup>“ Et cum eo omnes consenserunt. Saturninus proconsul dixit: „Numquid ad deliberandum spatium vultis?<sup>2)</sup>“ Speratus dixit: „In re tam justa nulla est deliberatio.“ Saturninus proconsul dixit: „Quæ sunt res in capsula vestra?<sup>3)</sup>“ Speratus dixit: „Libri et epistolæ Pauli viri justi.“ Saturninus proconsul dixit: „Moram XXX dierum habete et recordemini!“ Speratus iterum dixit: „Christianus sum.<sup>4)</sup>“ Et cum eo omnes consenserunt.

### III. 判決, 死刑

Saturninus proconsul decretum ex tabella recitavit: „Speratum, Nartzalum, Cittinum, Donatam, Vestiam, Secundam et ceteros ritu Christiano se vivere confessos, quoniam oblata sibi facultate ad Romanorum morem redeundi obstanter perseveraverunt, gladio animadverti placet.<sup>4)</sup>“ Speratus dixit: „Deo gratias agimus!<sup>5)</sup>“ Nartzalus dixit: „Hodie martyres in cælis sumus: Deo gratias!<sup>5)</sup>“

Saturninus proconsul per præconem dici iussit: „Speratum, Nartzalum, Cittinum, Veturium, Felicem, Aquilinum, Lactantium,

- 1) 『我是基多徒』好莊嚴的一個承認信德的口號!
- 2) 副總統永在 (Perennis) 曾許給聖亞波 (S. Apollonius) 一天回想的工夫; 特是三天以後又把聖人斬了。
- 3) 『匣子裏...』聖人被拿的時候, 同時也搜羅了他們的聖書, 裝在櫃子裏一同帶案. 因為說是一些邪書, 是法律禁止的一些書。
- 4) gladio animadverti placet 這次致命者受的刑罰, 於當時的羅馬國是最輕的一種. 並且這位總官待教友並不算苛暴, 因為他沒有加給教友別的酷刑; 不過只迫他們因皇上的保駕神發誓罷了. 尤其是還許了他們三十天返省的工夫。
- 5) Deo gratias! 從這三次他們感謝天主的話, 能想這些教友臨難的時節是多勇敢多高興了. 他們真是耶穌的健將. 實堪得耶穌於瑪竇聖經 (Mt 5,10—12) 所許與爲己名而受窘難者的賞報。

Januariam, Generosam,<sup>1)</sup> Vestiam, Donatam, Secundam duci jussi!“ Universi dixerunt: „Deo gratias!“

Et ita omnes simul martyrio coronati sunt, et regnant cum Patre et Filio et Spiritu Sancto per omnia sæcula sæculorum. Amen.

<sup>1)</sup> 這六位致命者之名如下

Veturius = 威同, Felix = 福恩, Aquilinus = 瑞鷲, Lactantius = 泌乳, Januaria = 正月, Generosa = 烈貞. 因為他們大約是後世, 在同日教了命, 所以後世的人也在那天一同過瞻禮. 爲此在這行實裏頭也加添了這幾位致命者的名字. Martyriologium Romanum usque adhuc die 17. Julii duodecim sanctos una commemorat: „Carthagine natalis sanctorum Martyrum Scillitanorum, id est Sperati, Narzalis, Cythini, Veturii, Felicis, Acyllini, Laetantii, Januariae, Generosae, Vestinae, Donatae et Secundae; qui, jussu Saturnini Praefecti, post primam Christi confessionem, in carcerem trusi et in ligno confixi, deinde gladio decollati sunt.“

---

### III. Passio SS. Perpetuæ et Felicitatis

*Passio sanctarum Perpetuæ et Felicitatis earumque sociorum tractat de martyrio quinque Africanorum catechumenorum, qui die 7. Martii anni 203 (seu 202) ob fidem Christi mortem subierunt. Major pars narrationis, scilicet c. 3—10 a sancta Perpetua pridie mortis est conscripta; pars secunda autem Saturum habet auctorem (c. 11—14); præfatio et finis demum a quodam teste ignoto oculari nobis referuntur. Sunt, qui Tertullianum (ca. 160—223) jam Montanismo faventem auctorem esse putent, aliis autem contradicentibus e. g. Ruinart (Acta martyrum p. 135 sq. in admonitione n. 5. 6.), Ehrhard (Die Altchristliche Literatur und ihre Erforschung von 1884—1900 p. 584). Jure merito illa acta margarita tam pretiosa aestimabantur, ut per sæcula ab ecclesiis conservata, adhuc tempore S. Augustini inter sollemnia legerentur. Hujus passionis exstat etiam versio Græca, præter textum originale, quem invenies apud Migne, P L 3, 13—60, qui textum edendo secutus est Ruinart OSB., clarissimum illum editorem actorum martyrum. Annotationes autem additæ sunt a Luca Holstenio, Petro Possino necnon ab auctore hujus opusculi.*

---

## 序

這本書的著作原係拉丁文，後經人亦譯成了希拉文。題目雖但書聖婦常生，幸福的致命始末，實含五位斐洲望教致命的傳略，不過內中論二位聖婦的事跡比較多些罷了。於西歷 202. 或 203. 年三月七號，他們為基多的信條殉了命。書內自第三章至第十章是致命前一日聖婦常生自著的，緊接四章是富潤自著的，序子及結論是一位不知姓名的見證人著的。固有人說是戴爾都良的手筆，然亦有人說不是他。所以實屬不確。

先前不過局部的教會，每逢他們的瞻禮日，於教友們面前，重念他們致命的行傳。有聖奧斯定的一篇演講可以作證：「今天是聖婦常生，幸福的記念週，我們想起來，亦可說是重現當年她們致命得花冠的榮耀，在陣上堅持基多的名號，在永賞上就得了自己的名子。我們將才亦聽了她們因默啟勸告的言論，必是因聖神的光照領會了，細心咀味了，熱切光榮讚揚了。」

現在於彌撒正祭中還常記念二位聖婦的名子。後經教宗庇護第十定準於西歷三月初六，合聖教會過他們的瞻禮。



# Passio SS. Perpetuæ et Felicitatis

## cum sociis earum

聖伯爾都五,斐利濟津,及其同伴等致命始末

### I. 序言:新事當該記錄爲其將成故事

Si vetera fidei exempla et Dei gratiam testificantia et ædificationem hominis operantia propterea in litteris sunt digesta, ut lectione eorum quasi repensitatione rerum et Deus honoretur et homo confortetur; cur non et nova documenta æque utrique causæ convenientia et digerantur? vel quia et hæc vetera futura quando sunt et necessaria posteris, si in præsentis suo tempore minori deputantur auctoritati, propter præsumptam venerationem antiquitatis.

Sed viderint, qui unam virtutem Spiritus unius Sancti, pro ætatibus judicent temporum; cum majora reputanda sint noviora quæque ut novissimiora,<sup>1)</sup> secundum exuberationem gratiæ in ultima sæculi spatia decreta. „*In novissimis enim diebus,*“ dicit Dominus, „*effundam de Spiritu meo super omnem carnem, et prophetabunt filii filiarumque eorum, et super servos et ancillas meas de meo Spiritu effundam: et juvenes visiones videbunt, et senes somnia somniabunt.*“<sup>2)</sup>

Itaque et nos, qui sicut prophetias, ita et visiones novas<sup>3)</sup> pariter repromissas et agnoscimus et honoramus, ceterasque

1) 斐洲一帶的人慣用拉丁話至極等的比較等,或至極等的至極等. 比如 Tertullianus 好用 *extremiora et extremissimi*; Apulejus 用 *postremissimus et novissimo extremius*; Arnobius 用 *minimissimus* 等等.

2) Joel 2,28; cf. Act 2,17.

3) 『新的預言,新的顯見.』聖依肋內 (Irenæus) 證明當他那時候有許多的預言顯見; 弟要內 (Dionysius) 亞立山 也證明自己的時代有許多的奇事. 所以看得出來,聖教初興的時候,這等異恩是不甚稀少的,比如預言之類. 也許是蒙塔諾 (Montanus) 爲這個緣故自負,敢講新道理,才成了邪教首.

virtutes Spiritus Sancti ad instrumentum<sup>1)</sup> Ecclesiæ deputamus, cui et missus est, idem omnia donativa<sup>2)</sup> administrans in omnibus, prout unicuique distribuit Dominus, necessario et digerimus, et ad gloriam Dei lectione celebramus, ut ne qua aut imbecillitas, aut desperatio fidei apud veteres tantum æstimet gratiam divinitatis conversatam, sive Martyrum, sive in revelationum dignatione:<sup>3)</sup> cum semper Deus operetur, quæ repromisit, non credentibus in testimonium, credentibus in beneficium.

Et nos itaque, quod audivimus et contrectavimus, annuntiamus et vobis, fratres et filioli, ut et vos, qui interfuistis, rememoremini gloriæ Domini: et qui nunc cognoscitis per auditum, communionem habeatis cum sanctis Martyribus, et per illos cum Domino Jesu Christo, cui est claritas et honor in sæcula sæculorum. Amen.

## II. 苦刑端開致聖者被逮

Apprehensi sunt adolescentes catechumeni, Revocatus et Felicitas conserva ejus, Saturninus et Secundulus.<sup>4)</sup> Inter quos et

<sup>1)</sup> 原文裏面還有 Instrumentum 這個名辭。這個名辭 Tertullianus 慣用牠代替 ad usum。比方: Instrumentum pænitentiae, metus. Instrumentum sustinendi, patientia. Instrumentum pudicitiae, gravitas.

<sup>2)</sup> 原文裏面有 donativa 這個名辭; 這是恩寵的意思; 平常好說 charismata (1 Cor 12, 1—10)。這便是希拉話了, 所以 donativa 是把 charismata 這句希拉話翻出來的拉丁話。Tertullianus 慣好這個用法。adv. Marc. l. 5: „Data dedit filiis hominum, id est donativa, quæ Charismata dicimus.“

<sup>3)</sup> 原文裏面也有 donatio 這個名辭。Tertullianus 和 Cyprianus 最喜用。牠代替 gratia 這名辭; 意思是從天主肯賜與我們的, 便是恩寵。

<sup>4)</sup> 本篇幾位致命聖人的名字, 我們是照譯的音; 但若能把牠們的本意翻譯出來, 更覺適意。比如: Revocatus = 復原; Felicitas = 幸福; Saturninus 填星; Saturus = 富潤; Secundulus = 順當; Vibia Perpetua = 常生。

我們, 自知譯的譚陋。可是要有愛用的, 便可取之當作奶諱, 給與小孩。至於我們所以不憚譯的緣故, 也是存着『拋磚引玉』的希望, 惟願達者匡之, 諒之!

Vibia Perpetua,<sup>1)</sup> honeste nata, liberaliter instituta, matronaliter nupta; habens patrem et matrem et fratres duos: alterum æque catechumenum, et filium infantem ad ubera. Erat autem ipsa annorum viginti duorum. Hæc ordinem totum martyrii sui jam hinc ipsa narrabit, sicut conscriptum manu sua et suo sensu reliquit.<sup>2)</sup>

### III. 常生述說得勝己父,領受聖洗,被投入監的一切經過

„Cum adhuc, inquit, cum persecutoribus essemus, et me pater avertere et dejicere<sup>3)</sup> pro sua affectione perseveraret: „Pater“, inquit, „vides, verbi gratia, vas hoc jacens, urceolum, sive aliud?“ Et dixit: „Video.“ Et ego dixi ei: „Numquid alio nomine vocari potest, quam quod est?“ Et ait: „Non.“ „Sic et ego aliud me dicere non possum, nisi quod sum Christiana“.<sup>4)</sup> Tunc pater motus in hoc verbo, misit se in me, ut oculos mihi erueret: sed vexavit tantum, et profectus est victus cum argumentis diaboli. Tunc paucis diebus quod caruissem patre, Domino gratias egi, et refrigeravit<sup>5)</sup> absentia illius. In ipso spatio paucorum dierum baptizati sumus; mihi autem Spiritus dictavit, nihil aliud petendum in aqua, nisi sufferentiam carnis.<sup>6)</sup>

- 1) 這二位聖婦,就是常生和幸福,一位是懷孕的,一位是乳嬰的;這便更能顯得她們的勇氣非凡了.也許就是爲這個緣故,雖然他們一齊致命的還有多人,但聖教會在彌撒中特的天天紀念她們二位,加給她們這點破格的光榮.
- 2) 公教信徒當時在斐洲便把致命聖人的榮耀記錄出來,也不論他們是神職界,或是平常信友;且是連望教的致命行實也都記出來了.我們本處的信友,多半是新近進教;其中竟不乏爲主流血的忠烈,他們的榮名,更當如何萬世流芳呢!
- 3) dejicere „顛仆“是借用的演武場中的話;在教友口中便是說引誘或敗壞人的志氣.
- 4) 無怪戴爾都良 (Tertullianus) 在他的辯護論上怨尤;因爲平常法律是罰那些作孽不承認的,但論到教友身上,只須教友自認是教友,便是受刑的捉拿緣由.
- 5) Refrigeravit 輕減了:是安慰了的意思.
- 6) 聖神當時提醒受洗的人求致命的恩典,但爲致命不特要緊心神的毅勇,也要緊肉身的忍耐.

Post paucos dies recipimur in carcerem et expavi, quia numquam experta eram tales tenebras. O diem asperum! æstus validos<sup>1)</sup> turbarum beneficio,<sup>2)</sup> concussuræ militum; novissime macerabar sollicitudine infantis. Ibi tunc Tertius et Pomponius benedicti Diacones<sup>3)</sup>, qui nobis ministrabant,<sup>4)</sup> constituerunt pretio, ut paucis horis emissi in meliorem locum carceris refrigeraremus. Tunc exeuntes de carcere universi sibi vacabant. Ego infantem lactabam jam inedia defectum. Sollicita pro eo adloquebar matrem, et confortabam fratrem, commendabam filium. Tabescebam ideo quod illos tabescere videram mei beneficio.<sup>2)</sup> Tales sollicitudines multis diebus passa sum, et usurpavi, ut mecum infans in carcere maneret; et statim convalui, et relevata sum a labore et sollicitudine infantis: et factus est mihi carcer subito quasi prætorium,<sup>5)</sup> ut tibi mallet esse quam alibi.”

#### IV. 常生在顯示中得見天梯; 又見富潤和自己得了上去;

##### 並得嘗異味: 就是預表他不日的致命

„Tunc dixit mihi frater meus: „Domina soror, jam in magna dignitate<sup>6)</sup> es et tanta, ut postules visionem, et ostendatur tibi, an passio sit, an commeatus.“ Et ego, quæ me sciebam fabulari

1) 熱氣是從人多來的。

2) Turbarum beneficio 是襲取的希拉話規; 彷彿是說: 人衆的緣故, 和 turbarum causa 一樣。再如 mei causa, mei beneficio 爲我的緣故; 同 propter me.

3) „可敬六品“ „可敬“ 表示愛慕和遵敬的意思。 „六品“ 原文是希拉話 diaconos 意思是輔佐者; 言其他的職務是專爲相幫人。

4) 聖徐伯良 (Cyprianus) 有一段話: 我們的前印主教們常打發六品到監中去, 叫他們或出主意或助書寫, 這樣經理致命者的願望。 Ep. 35. Ad martyres.

5) 聖女不但不覺監中的一切不便了, 且把那一總困苦看作可喜可樂的事情, 宛如住在了安適的王宮, 這種變化全是聖寵的能力。

6) 原文裏面的 dignitas 我們在中文內翻成了『寵幸』; 因爲原文的意思是說: 聖女在天主前有那樣的地位, 致於堪得天主的寵眷或寵幸。

cum Domino,<sup>1)</sup> cujus beneficia tanta experta eram, fidenter repromisi ei dicens: „Crastina die tibi renuntiabo.“ Et postulavi, et ostensum est mihi hoc:<sup>2)</sup>

Video scalam auream miræ magnitudinis pertingentem usque ad cælum, et ita angustam, per quam nonnisi singuli ascendere possent: et in lateribus scalæ omne genus ferramentorum infixum. Erant ibi gladii, lanceæ, hami, macheræ, ut si quis negligenter, aut non sursum attendens ascenderet, laniaretur et carnes ejus inhærerent ferramentis. Et erat sub ipsa scala draco<sup>3)</sup> cubans miræ magnitudinis, qui ascendentibus insidias parabat et exterrebat, ne ascenderent.

Ascendit autem Satorius prior, qui postea se propter nos ultro tradiderat, et tunc, cum apprehensi sumus, præsens non fuerat: et pervenit in caput scalæ, et convertit se ad me et dixit mihi: „Perpetua, sustineo te.<sup>4)</sup> Sed vide, ne te mordeat draco ille!“ Et dixi ego: „Non me<sup>5)</sup> nocebit in nomine Domini Jesu Christi.“ Et de sub ipsa scala quasi timens me, lente elevavit caput: et cum primum gradum calcassem, calcavi illius caput.

Et ascendi, et vidi spatium horti immensum, et in medio horti sedentem hominem canum, in habitu Pastoris,<sup>6)</sup> grandem, oves

- 
- 1) „同天主言談“這是一樣特恩就如世間的君王,各有特別寵幸的人,他們都可以隨時到君王跟前,得所欲求.常生也是自信蒙了天主的特寵,所以才敢求天主默示她這次致命的究竟.斐洲的致命行傳,猶其是聖徐伯良都記載致命聖人屢屢得這宗顯示.
- 2) 原文中的 ostendi 我們譯作了『顯示』;因為此處牠不光有簡單『指示』的意思,特是說:天主令一段事蹟實顯教人看見.所以譯成『顯示』二字.
- 3) 聖奧斯定在論以上這些聖人的第一講內,會論這惡蛇的現像演講了一大段.
- 4) P. sustineo te] 希拉說法=exspecto te;常生我等着你哩.
- 5) 參看句學 13.1 alicui nocere, 斐洲拉丁人好用 aliquem.
- 6) 這次基多借牧童的外貌顯與聖女;原來這牧童的像是古年間教友,表現基多慣用的像.比如在當年的聖堂裏,祭器上和羅瑪府的地穴中常有這宗善牧童像.

mulgentem: et circumstantes candidatos<sup>1)</sup> millia multa. Et levavit caput et aspexit me et dixit mihi: „Bene venisti, tignon.“<sup>2)</sup> Et clamavit me, et de caseo, quod mulgebat, dedit mihi quasi buccellam, et ego accepi junctis manibus, et manducavi: et universi circumstantes dixerunt: „Amen.“<sup>3)</sup>

Et ad sonum vocis experrecta sum, commanducans adhuc dulcis, nescio quid. Et retuli statim fratri meo, et intelleximus passionem esse futuram: Et cœpimus nullam jam spem in sæculo habere.“

#### V. 再受父親的勸誘; 聖女却反來壯了他父親的胆氣

„Post paucos dies rumor cucurrit, ut audiremur. Supervenit autem et de civitate pater meus, consumptus tædio, et ascendit ad me, ut me dejiceret, dicens:

„Miserere, filia, canis meis;<sup>4)</sup> miserere patri, si dignus sum, a te pater vocari. Si his te manibus ad hunc florem ætatis provexi; si te præposui omnibus fratribus tuis, ne me dederis in dedecus hominum. Aspice ad fratres tuos, aspice ad matrem tuam et materteram, aspice ad filium tuum, qui post te vivere non poterit. Depone animos, ne universos nos extermines.<sup>5)</sup> Nemo enim nostrum libere loquetur, si tu aliquid fueris passa.“

Hæc dicebat pater pro sua pietate, basians mihi manus; et se ad pedes meos jactans, et lacrimis non filiam, sed dominam me vocabat. Et ego dolebam<sup>6)</sup> canos patris mei, quod solus de

<sup>1)</sup> candidati millia multa] 犯句學 73,2; 拉丁默示錄如此 7,4—8 duodecim millia signati.

<sup>2)</sup> 女兒'原文是 tignon 希拉語; 本來不但指女性說,也可以對男性用: 總是父母見了子女相招呼的怎麼一句. 要翻中文,我想可以翻作: „我的孩子“或 „我的乖兒“之類.

<sup>3)</sup> 論這顯示, Possinus 和 Orsi 曾反對 Basnagius 證明了,這撮奶牧童的形像,並不褻瀆基多的身分. 其次這顯示中的一些情節,着實影照領聖體的禮節. 比如: „領受了一塊“, „雙手接了“, „咽了“, „衆人合聲說: 亞們“. 這都是當時教友領聖體通用的禮節.

<sup>4)</sup> 參看句學 11 misereri alicujus.

<sup>5)</sup> 你死了心吧! 別把我們非都置諸死地不可呀!

<sup>6)</sup> 聖奧斯定在論以上諸人的第二講中,稱讚常生在這個機會上,既沒輕忽基多的規誡,又沒違犯了本性的法律.

passione mea gavisurus non esset de toto genere meo<sup>1)</sup> et confortavi eum, dicens: Hoc fiet in illa catasta<sup>2)</sup>, quod Deus voluerit. Scito enim, nos non in nostra potestate esse constitutos, sed in Dei. Et recessit a me contristatus.“

#### VI. 與其他致命者同上公堂;自認是基多徒判決當門獸

„Alio die cum pranderemus, subito rapti sumus, ut audiremur, et pervenimus ad forum. Rumor statim per vicinas fori partes cucurrit, et factus est populus immensus. Ascendimus in catastam. Interrogati ceteri confessi sunt.<sup>3)</sup> Ventum est et ad me, et apparuit pater illico cum filio meo, et extraxit me de gradu, et dixit supplicans: „Miserere infanti!“

Et Hilarianus Procurator, qui tunc loco Proconsulis Minucii Timiniani defuncti jus gladii acceperat: „Parce“, inquit, „canis patris tui, parce infantiae pueri! Fac sacrum pro salute<sup>4)</sup> Imperatorum“<sup>5)</sup> Et ego respondi: „Non facio.“ Hilarianus, „Christiana es?“ inquit. Et ego respondi: „Christiana sum.“ Et cum

1) 從這句話上可以看得出,常生的丈夫,母親,弟兄,姊妹和其他親戚都是教徒;下邊追述惠風既在全家信主的家庭中七歲去世,當然是已領聖洗的了。

2) „公堂“本文 catasta 是句希拉話,意思是『台子』,凡招買的奴才都得到這台子上去,等着人買.當時每遇致命教友受刑,或過堂的時候,也是到這台子上去,爲叫百姓看見,也是輕慢的意。

3) 可見致命者的罪狀,不是姦盜邪淫;不是欺君凌上 . . . , 只須承認基多,便要難逃苦刑.聖儒斯定 (Justinus) 聖波利加 (Polycarpus) 等.久已就把這宗不論理的事揭曉了。

4) 好詭譎的外教官! 他強迫信徒祭神,並說爲御體邀福;你若不從他,便說你不忠於君.這幾乎成了一總危害聖教者的藉口.但是我們要看戴爾都良 (Tertullianus) 的一段話: 爲御體邀福,這是我們無間或缺的;不道我們祭的是天主,是一總入的天主.也是皇帝的天主;是遵天主的命,用純潔的祈禱,向那真能賞給御體萬福的天主爲皇帝邀福;說到實處我們爲御體邀福比誰出的力也多!“ cf. l. ad Scapulam.

5) 當時管理羅瑪的皇上是塞外利 (Septimius Severus) [Augustus] 及他的太子加拉可拉 (Caracalla) 及蓋塔 (Geta) [Cæsares] a. 193—211.

staret pater ad me dejiciendam, jussus est ab Hilariano dejici, et virga percussus est.<sup>1)</sup> Et doluit mihi casus patris mei, quasi ego fuisset percussa: sic dolui pro senecta ejus misera.

Tunc nos universos pronuntiat et damnat ad bestias; et hilares descendimus ad carcerem. Tunc, quia consueverat a me infans mammas accipere, et mecum in carcere manere, statim mitto ad patrem Pomponium diaconum, postulans infantem. Sed pater dare noluit. Et quomodo Deus voluit, neque ille amplius mammas desideravit; neque mihi fervorem fecerunt: ne sollicitudine infantis et dolore mammaram macerarer.“

### VII. 以下的顯示說明常生用自己的祈禱救了他的胞弟脫難煉靈

„Post dies paucos, dum universi oramus, subito media oratione profecta est mihi vox et nominavi Dinocraten.<sup>2)</sup> Et obstupui, quod numquam mihi in mentem venisset nisi tunc, et dolui commemorata casus ejus. Et cognovi, me statim dignam esse,<sup>3)</sup> et pro eo petere debere. Et cœpi pro ipso orationem facere multum et ingemiscere ad Dominum. Continuo ipsa nocte ostensum est mihi hoc in oramate:<sup>4)</sup>

Video Dinocraten exeuntem de loco tenebroso,<sup>5)</sup> ubi et complures erant, æstuantem et sitientem valde, sordido vultu et colore pallido, et vulnus in facie ejus, quod cum moreretur habuit.<sup>6)</sup> Hic Dinocrates fuerat frater meus carnalis annorum

1) 聖奧斯定在論以上的聖人第二講中說: „(魔鬼) 既被(聖女常生) 戰的一敗塗地, 便使人杖打聖女的父親, 他以爲聖女輕看他的杖條, 至少看見自己的父親受杖心裏覺疼.“ PL 38, 1284.

2) 或者是在她念經的時, 忽然聽見喊惠風的名子; 或者是聽見彷彿惠風的聲音喊自己的名字.

3) 原文中有 cognovi me dignam esse 意思是說自知能蒙天主的恩准.

4) 原文中有 oramate 是希拉文 horama; 拉丁文便是 visio; 中文我們譯的『顯見.』

5) 此處是一個證據, 神學士們借着這個證據證明古來的信友便相信, 去世的靈魂分居四個所在, 就是: 地獄; 煉獄; 嬰孩獄; 古聖所. 此處常生但提了煉獄; 就是她見了她的弟弟從中出來.

6) 她這弟弟, 據聖奧斯定推測, 說是已經領了聖洗, 祇因他受了他父親的勸戒, 在信德上曾經搖動, 以後就死了. 另一個意思說他是真的生瘡, 但是病中曾失過忍耐, 所以才受煉苦; 未知孰是.



septem, qui per infirmitatem facie cancerata male obiit, ita ut mors ejus odio fuerit omnibus hominibus.<sup>1)</sup> Pro hoc ego orationem feceram. Et inter me et illum grande erat diadema,<sup>2)</sup> ita ut uterque ad invicem accedere non possemus. Erat deinde in ipso loco, ubi Dinocrates erat, piscina plena aqua, altiolem marginem habens, quam erat statura pueri; et extendebat se Dinocrates quasi bibiturus. Ego dolebam, quod et piscina illa aquam habebat, et tamen propter altitudinem marginis bibiturus non esset.

Et experrecta sum et cognovi, fratrem meum laborare. Sed confidebam, profuturam orationem meam labori ejus et orabam pro eo omnibus diebus, quousque transivimus in carcerem castrensem.<sup>3)</sup> Munere enim castrensi<sup>4)</sup> eramus pugnaturi: Natale tunc Getæ<sup>5)</sup> Cæsaris. Et feci pro illo orationem<sup>6)</sup> die et nocte gemens et lacrymans, ut mihi donaretur.

### VIII. 惠風死後因他姐姐的祈禱脫離了煉苦

„Die autem, quo in nervo<sup>7)</sup> mansimus, ostensum est mihi hoc: Video locum illum, quem videram tenebrosus, esse lucidum; et Dinocratem mundo corpore, bene vestitum, refrigerantem. Et ubi erat vulnus, video cicatricem; et piscinam illam, quam

- 1) 因為臉生惡瘡毒據喪命的,他那宗死惹得人人厭惡.
- 2) diadema 這原是希拉話,是『冠冕』的意思,其所成的拉丁動詞 circumligare 有『纏繞』之意;由此動詞所成的名詞 ligamen 繙中文曰『包頭巾』,就是用布裹頭為帽,其帽之邊有橢圓形狀,為此他們二人有一大橢圓形的距離.
- 3) 直到我們移入軍營的監中去時纔止.
- 4) 我們將來同野獸相鬪,乃是為快愉軍人.
- 5) 蓋塔 (Geta) 是塞外利 (Severus) 的兒子;塞外利崩後,蓋塔同他的兄弟加拉可拉 (Caracalla) 一同做了一些時皇上;後來被他兄弟刺死了.羅馬國當時與賀皇上登極的日子,如同中國人與過生日的一樣.
- 6) 當知聖教會自古來便相信凡有過的人,死了以後,還要在一個所在,做他們常做的補贖.在世的活人可以為他們代禱.為證明古時信友的這段信心,在其他證據中,聖女常生此處的記述算很有力的一個.
- 7) 原文中的 nervus 我們譯作了『縲紮』;但是 nervus 這宗刑具本來是一塊鑿有孔洞的木板,兩孔的距離却不一定多遠.特是犯人的兩足當放在兩孔裏面,這樣犯人便不會自由動轉了.

retro videram, summisso margine usque ad umbilicum pueri; et aquam de ea trahebat sine cessatione, et super marginem phiala erat plena aqua; et accessit Dinocrates, et de ea bibere cœpit, quæ phiala non deficiebat. Et satiatus abscessit de aqua ludere more infantium gaudens. Et experrecta sum. Tunc intellexi translatum eum esse de pœna.“<sup>1)</sup>

### IX. 常生第三次受他父親的勸誘

„Deinde post dies paucos Pudens, miles optio,<sup>2)</sup> præpositus carceris, qui nos magni facere cœpit, intelligens magnam virtutem Dei esse in nobis, multos fratres ad nos admittebat,<sup>3)</sup> ut et nos et illi invicem refrigeraremus. Ut autem proximavit dies muneris, intravit ad me pater meus consumptus tædio, et cœpit barbam suam evellere, et se in terram mittere, et prosternere se in faciem, et improperare annis suis, et dicere tanta verba, quæ moverent universam creaturam. Ego dolebam pro infelici senecta ejus.“

### X. 常生第三次得顯示戰勝埃及人得蒙獎賞

„Pridie quam pugnaremus, video in horamate huc venisse Pomponium diaconum ad ostium carceris, et pulsare vehementer. Exivi ad eum et aperui ei, qui erat vestitus distinctam candi-

<sup>1)</sup> 此處是顯然易見的證據,爲證明煉罪的已亡者靈魂能借活者的代禱得救.甚至有一些人要借此處證明未受洗而亡的人們,也能得祈禱的益處,就如聖奧斯定記述的一般. S. Augustinus, de origine animæ l. 1, 10; l. 3, 9.

<sup>2)</sup> 原文中的 optio 我們譯作了『監獄官』;因爲這話或是從希拉動詞(意思是觀察) optomai=videre: inspector carceris (Bollandini);或是從拉丁動詞 optare 來的: „Optiones ab optando appellati, quod antecedentibus ægritudine præpeditis, hi tamquam adoptati eorum atque vicarii solent universa curare“ (Vegezio, de re milit. 2.7).

<sup>3)</sup> 有監獄官這一寬待,便把聖人們彷彿改作外押了似的.這種寬待六品 Pontius 稱爲 custodia delicata. Vita S. Cypriani c. 15; 其反對稱爲 custodia diligens. 參看 S. Cypr. Ep. 5.

dam, habens multiplices calliculas.<sup>1)</sup> Et dixit mihi: „Perpetua, te exspectamus, veni!“ Et tenuit mihi manum, et cœpimus ire per aspera loca et flexuosa. Vix tandem pervenimus anhelantes ad amphitheatrum et induxit me in media arena et dixit mihi: „Noli pavere; hic sum tecum et conlaboro tecum.“ Et abiit.

Et adspicio populum ingentem attonitum. Et quia sciebam, me ad bestias damnatam esse, mirabar quod non mitterentur mihi bestiæ. Et exivit quidam contra me Aegyptius, foedus specie, cum adiutoribus suis pugnaturus mecum. Veniunt et ad me adolescentes decori adiutores et fautores mei. Et exspoliata sum, et facta sum masculus.<sup>2)</sup> Et cœperunt me fautores mei oleo defricare, quomodo solent in agonem; et illum contra Aegyptium video in afa<sup>3)</sup> volutantem.

Et exivit vir quidam<sup>4)</sup> miræ magnitudinis, ut etiam excederet fastigium amphitheatri, discinctam habens tunicam et purpuram inter duos clavos per medium pectus,<sup>5)</sup> habens et callicullas multiformes ex auro et argento factas, et ferens virgam quasi

1) 原文中有 calliculas sive galliculas (deminut. v. galla = 五倍子 乃是爲染衣服用的一種菓子核): 這個名辭, 我們譯作了『柘榴』. 這原是綴到衣裳上的一些紫紅球, 是作裝飾品的. 古教大司祭的衣服上就有這宗裝飾.

2) 聖奧斯定在論以上的聖人第二講中說: „這種叫人喜悅觀看的戲據就是因爲因那戰鬥, 聖女按着基多完全身體的程度, (Eph 4, 13) 成了一完全的男子. 當然那老仇敵無計不使, 他昔日曾用女人欺哄了男子, 現在覺着同他交戰的女人如此勇敢, 所以又用了男子來得勝她.“ PL 38, 1284.

3) 原文中有 afa 一辭, 我們譯做『灰』了; 因爲 afa 是希拉文; 意思就是灰. 那埃及人在灰中打輓, 着人冷眼一看很覺奇怪, 但是若明白當時單鬥的風俗, 可就見得是自然的事了; 因爲傳油擦灰都是單鬥以前必有的預備.

4) 文中所說『身量奇大的一位』, 顯係基多. 前次顯示中, 他借牧童的形像, 彷彿是撫養自己的羣羊; 這次借了君王的形像, 是要評判並頒獎了.

5) 身穿長衫, 外着胸前連以二釦的紫紅外套, 上有許多各式各樣的金銀串珠.

lanista<sup>1)</sup> et ramum viridem, in quo erant mala aurea. Et petiit silentium et dixit: „Hic Aegyptius, si hanc vicerit, occidet illum gladio; hæc si hunc vicerit, accipiet ramum istum.“ Et recessit.

Et accessimus ad invicem, et cœpimus mittere pugnos. Ille mihi pedes apprehendere quærebat: ego autem illi calcibus faciem cædebam, et sublata sum in aëre, et cœpi eum sic cedere quasi terram concalcans.<sup>2)</sup> At ubi vidi moram fieri, junxi manus ita, ut digitos in digitos mitterem. Et apprehendi illi caput, et cecidit in faciem; et calcavi illi caput.

Et cœpit populus clamare et favitores mei psallere. Et accessi ad lanistam et accepi ramum. Et osculatus est me et dixit mihi: „Filia, pax tecum!“ Et cœpi ire cum gloria ad portam Sanaviariam.<sup>3)</sup> Et experrecta sum: et intellexi, me non ad bestias, sed contra diabolum esse pugnaturam; sed sciebam, mihi victoriam imminere. Hoc usque in pridie muneris egi: ipsius autem muneris actum, si quis voluerit, scribat.“

#### XI. 富潤看見四位天神,扶掖着自己和常生到光明的 區處,又遇見一同致命者

Sed et Satorus benedictus hanc visionem suam edidit, quam ipse conscripsit. „Passi,“ inquit, „eram et exivimus de carne, et cœpimus ferri a quattuor angelis in orientem, quorum manus nos non tangebant. Ibamus autem non supini sursum versi, sed quasi mollem clivum ascendentes. Et liberati<sup>4)</sup> primam jam vidimus lucem immensam; et dixi: „Perpetua (erat enim hæc in latere meo), hoc est, quod nobis Dominus promittebat: percipimus promissionem.“

Et dum gestamur ab ipsis quattuor angelis, factum est nobis spatium grande, quod tale fuit quasi viridarium,<sup>5)</sup> arbores ha-

<sup>1)</sup> Lanista 監督戰鬥者手持指揮杖如同評判員一般,爲管理不亂次序.

<sup>2)</sup> conc.] 許是: Non calcans.

<sup>3)</sup> 這圓劇場除了一些各有專用的小門以外,另有相對的兩個大門:其一叫『死門』,是專爲往外抬死尸的.其一叫『生門』,是爲戰勝的人設的,好叫他們從那門出劇場,而恢復他們的自由.

<sup>4)</sup> 我們方離肉身,或說:我們纔脫離塵世.

<sup>5)</sup> Viridarium, viridiarium, viridia, ium sive viretum, i 都是同意名詞

bens rosæ et omne genus floris. Altitudo autem arborum erat in modum cypressi, quarum folia cadebant sine cessatione. Ibi autem in viridario alii quattuor angeli fuerunt clariores ceteris, qui ubi viderunt nos, honorem nobis dederunt et dixerunt ceteris angelis: „Ecce sunt, ecce sunt!“ cum admiratione. Et expavescentes quattuor illi angeli, qui gestabant nos, deposuerunt nos: et pedibus nostris transivimus stadium<sup>1)</sup> via lata.

Ibi invenimus Jocundum et Saturninum et Artaxium,<sup>2)</sup> qui eandem persecutionem passi vivi<sup>3)</sup> arserunt; et Quintum, qui et martyr in carcere exierat; et quærebamus ab illis, ubi essent ceteri. Dixerunt autem nobis angeli: „Venite prius, introite et salutate Dominum!“

## XII. 常生和富潤到了天主台前

„Et venimus prope locum, ejus loci parietes tales erant, quasi de luce ædificati; et ante ostium loci illius quattuor angeli stabant, qui introeuntes vestierunt stolas candidas. Et nos vestiti introivimus, et vidimus lucem immensam, et audivimus vocem unitam dicentium: „Agius, agios, agios!“<sup>4)</sup> sine cessatione. Et vidimus in medio loci illius sedentem quasi hominem<sup>5)</sup> canum, niveos habentem capillos, et vultu juvenili, ejus pedes non vidimus. Et in dextra et in sinistra seniores viginti quattuor et post illos ceteri complures stabant.

- 1) 原文中有 stadium 一辭,原來是個度量名;每 stadium 計 185 呎或 240 步;用這量名丈量走廊及園亭的路.我們直譯作了『校場。』
- 2) 從此處可以見得,當日的教難是大而普遍的了.此篇記錄四位致命者如: Jocundus = 可人, Saturninus = 填星, Artaxius = 現成, Quintus = 季弟.
- 3) 火刑照當日的刑法,是極重的刑罰;平常但加諸奴才,到底有時也加諸平民和下等社會的人,而基多徒竟於他們視為同等.
- 4) (h)agios 是希拉話指示『聖』之意.參看 Apc 4, 8: „四個活體... 日夜不住的說: 聖, 聖, 聖. 主天主, 全能者! 已往有, 現在有, 後來常有的... 10. 那二十四長老, 就俯伏在坐寶座的面前.“
- 5) 文中的『似人』原文是 quasi hominem 相是套的達尼爾上的 quasi filium hominis (Dan 7, 13), 和默照經上的 similem filio hominis Apc 1, 13 „有相似人子的一位... 14 他的頭連頭髮, 都是白的, 如同白羊毛, 又如同雪.“

Introivimus cum magna admiratione et stetimus ante thronum; et quattuor angeli sublevaverunt nos: et osculati sumus illum, et de manu sua trajecit nobis in facie.<sup>1)</sup> Et ceteri seniores dixerunt nobis: „Stemus.“<sup>2)</sup> Et stetimus et pacem fecimus.<sup>3)</sup> Et dixerunt nobis seniores: „Ite et ludite!“ Et dixi: „Perpetua, habes quod vis.“ Et dixit mihi: „Deo gratias, ut quomodo in carne hilaris fui, hilarior sum et hic modo.“

### XIII. 他們調停伊人及可意的不睦

„Et exivimus et vidimus ante fores Optatum episcopum ad dexteram et Aspasium presbyterum doctorem<sup>3)</sup> ad sinistram, separatos et tristes. Et miserunt se ad pedes nobis et dixerunt nobis: „Componite inter nos, quia existis, et sic nos reliquistis.“ Et diximus illis: „Non tu es papa<sup>4)</sup> noster, et tu presbyter,<sup>5)</sup> ut quid vos ad pedes nostros mittatis?“ Et misimus nos et complexi illos sumus. Et cœpit Perpetua cum illis loqui,<sup>6)</sup> et segregavimus eos in viridario sub arbore rosæ.

Et dum loquimur cum eis, dixerunt illis angeli: „Sinite illos, refrigerent; et si quas habetis inter vos dissensiones, dimittite vobis invicem!“ Et conturbaverunt eos, et dixerunt Optato: „Corrige plebem tuam; quia sic ad te conveniunt quasi de circo redeuntes et de factionibus certantes.“<sup>7)</sup> Et sic nobis visum est, quasi vellent claudere portas. Et cœpimus illic multos fratres cognoscere, sed et martyras. Universi odore inenarrabili alebatur, qui nos satiabat. Tunc gaudens experrectus sum.“

1) 參看：大禮彌撒時行相抱禮就是：口親禮的表意。

2) 立起來爲念經。

3) 中文中那簡單的『神父』二字在原文內還有一個『博士』作加辭呢！那是爲說明可意的責任，是教訓教民。要知當時在主教的座堂裏神父講道理，是不慣見的。

4) Papa 有『父親』之意。古時稱主教神父用之，在降生後六百八十年稱呼公斯當定城的宗主教還用之，但早已風行光用爲稱呼教化皇。

5) Presbyter 本意是『長老』之意。現在譯意曰司鐸，或神父。

6) 舊本加 Græco 一詞，是因當時聖女同他們談話時用的希拉話。

7) 卽處可以見得：那時該會口已經生了爭辯；是因爲蒙塔諾 (Montanus) 異端，已傳起來了。當時戴爾都良 (Tertullianus) 也陷入蒙塔諾異端派。

XIV. 順當死在監中

Hæ visiones insigniores ipsorum martyrum beatissimorum Saturi et Perpetuæ, quas ipsi conscripserunt. Secundulum vero Deus maturiore exitu de sæculo adhuc in carcere evocavit, non sine gratia, ut bestias lucraretur. Gladium<sup>1)</sup> tamen, etsi non anima, certe caro ejus agnovit.

XV. 幸福因熱烈的祈禱得以懷孕八月而產

Circa Felicitatem vero et illi gratia Domini ejusmodi contigit. Cum octo jam mensium suum ventrem haberet (nam prægnans fuerat apprehensa), instante spectaculi die in magno erat luctu, ne propter ventrem differretur (quia non licet prægnantes pœnæ<sup>2)</sup> repræsentari), et ne inter aliquos postea sceleratos sanctum et innocentem sanguinem funderet. Sed et commartyres ejus graviter contristabantur, ne tam bonam sociam quasi comitem solam in via ejusdem spei relinquerent. Conjuncto itaque unito gemitu, ad Dominum orationem fuderunt ante tertium diem muneris.

Statim post orationem dolores eam invaserunt. Et cum pro naturali difficultate octavi mensis in partu laborans doleret, ait illi quidam ex ministris cataractariorum:<sup>3)</sup> „Quæ sic modo doles, quid facies objecta bestiis, quas contempsisti, cum sacrificare noluisti?“ Et illa respondit: „Modo ego patior, quod patior; illic autem alius erit in me, qui patietur pro me,<sup>4)</sup> quia et ego pro

<sup>1)</sup> 原文中的 *gaudium* 一辭，學者 Holsten. 讀作 *gladium*. 我們也是依着後者的意見譯的；因為 *gladium* 的意思是指示一切刑罰和困苦。比如西默盎論聖母的預言 (Lc 2,35). 此處說順當雖未受劍傷，但也有致命的榮顯。

<sup>2)</sup> 禁殺孕婦的法律，是埃及最古的法律；以後希拉也採取了這法 Plutarch；羅瑪人同其他善法一齊也學了希拉。梅瑟且把這法推及禽獸。„*Lex feta animantia templo arcet*“. Philo.

<sup>3)</sup> 原文中的 *catractæ* 有瀑布的意思；也有閘門的意思。這便是說的：一個堅固的門，但開閉的時候，不往裏外推，特是往上下吊。這宗門特別結實，所以在監獄上好用這宗門。守監的也就因而得名，稱為 *catractarii*. Act 12, 6 „在兩個兵當中... 守兵也在門外守監.“

<sup>4)</sup> 聖女說：「有別的一個...」這便是說：耶穌基多在致命聖人中受苦。宛如基多初次現與聖保祿時說：「你為什麼苦害我呢？」又如後來乃陋教難時，耶穌向當釘死的伯多祿說：「我要再去受釘」，同是一意。

illo passura sum.“ Ita enixa est puellam,<sup>1)</sup> quam sibi quædam soror in filiam educavit.

### XVI. 常生爲致命者請准寬厚的待遇

Quoniam ergo permisit et permittendo voluit Spiritus Sanctus ordinem ipsius muneris conscribi, etsi indigni ad supplementum tantæ gloriæ describendum, tamen quasi mandatum sanctissimæ Perpetuæ, immo fidei commissum ejus exsequimur,<sup>2)</sup> unum ad-jicientes documentum de ipsius constantia et animi sublimitate.

Cum a tribuno castigatus<sup>3)</sup> eo tractarentur, quia ex admonitionibus hominum vanissimorum verebatur, ne subtraherentur de carcere incantationibus aliquibus magicis;<sup>4)</sup> in faciem respondit Perpetua et dixit: „Quid utique non permittis refrigerare noxiis<sup>5)</sup> nobilissimis, Cæsaris scilicet natali depugnaturis? Aut non tua gloria est, si pinguiores<sup>6)</sup> illo producamur?“ Horruit et erubuit tribunus, et ita jussit illos humanius haberi, ut fratribus ejus et ceteris facultas fieret introeundi et refrigerandi cum eis; jam et ipso optione carceris credente.

1) 聖奧斯定論幸福的產生說：„她不是沒有厄娃的罰，到底有瑪利亞的聖寵。那當向女人所要求的，有童貞女所懷孕的（耶穌）補上了... 這是天主的工作，叫她不到時期就產生下來，爲的不耽誤得致命光榮的時期。“ PL 38, 1284—85.

2) 引起常生臨致命時所寫的那末句。參看 X.

3) 文中的：『從嚴待承他們』另外是說的少給他們飯吃，原文中有 castigatus 一辭便是我們前言的證據；因爲戴爾都良把守齋叫作 castigatio victus 呢。

4) 每逢在致命聖人身上發見什麼奇跡，惡輩便誣以爲邪術。這是在致命行傳上常有的記載。

5) 原文中的 noxiis 我們譯作了『妖孽』，意思是定了死罪的人 morti destinatis；所以不定他們真曾作了孽。

6) 當時可也有怎麼一個風俗，就是好生養着那些該當鬥獸的人們，好能到鬥獸的時候有力量，能引看戲的高興。聖女便借此譏諷管監的人。在聖女一面是無憂無懼，好相是盼望在自己的滿全丰彩中去死，成一個豐厚悅主的馨香之祭。



## XVII. 遂意食(即亡命飯)聖人們看做了示愛筵

Pridie quoque cum illa cœna ultima, quam liberam vocant,<sup>1)</sup> quantum in ipsis erat, non cœnam liberam, sed agapen cœnarent,<sup>2)</sup> eadem constantia ad populum verba ista jactabant, comminantes iudicium Domini, contestantes passionis suæ felicitatem, inridentes concurrentium curiositatem, dicente Saturo: „Crastinus dies satis vobis non est, quod libenter videtis, quod odistis? hodie amici, cras inimici?<sup>3)</sup> Notate tamen vobis facies nostras diligenter, ut recognoscatis nos in die illo iudicii!“ Ita omnes ita attoniti discedebant: ex quibus multi crediderunt.

## XVIII. 致命聖人被引出監赴戲場:反對穿著褻慢的衣服又被鞭打

Inluxit dies victoriæ illorum, et processerunt de carcere in amphitheatrum, quasi in cœlum, hilares<sup>4)</sup> et vultu decori; si forte gaudio paventes non timore. Sequebatur Perpetua placido vultu et pedum incessu, matrona Christi [et] Dei dilecta: vigorem oculorum suorum dejiciens ab omnium conspectu.<sup>5)</sup> Item Felicitas salvam se peperisse gaudens, ut ad bestias pugnaret, a sanguine

- 1) 羅瑪人也彷彿我們中國的風氣,在犯人死的以前,叫他們大吃一飽.這飯他們說作『遂意食』.致命聖人們也是循例吃了這飯,但是他們却以為是『示愛聖筵』.
- 2) 『示愛聖筵』是古年間基多徒的聚餐;參看 1 Cor 11,17. Jud 12. Tertull. Apologeticum 39, 20—22:『這筵席不但有按天主聖意的正經為頭,且也是為哀矜窮苦人.再看席間的次序:我們入席以前,都該在天主面前祈禱;吃的時候又是各按各的飯量.至於飲食之間,談笑之際,又想念如在天主面前,豈敢有不端正的事麼?席一完便洗手;若有會唱聖經,或自己編作歌詞,並得天主光照的,就站在衆人當中,高唱聖歌一端,公同祈禱以後散席.所以我們大眾集會沒有不端正的行為,不過彼此學些道德,領受教訓而已.』
- 3) 前日看待他們當作朋友一樣;後日便看着他們是賊匪犯人;所以在戲場中狂喊亂叫,要求殺戮他們.
- 4) 『高興欣悅』,聖徐伯良講這高興的緣故說:『確知要得天上的賞報,致命的冕旒,天主的國土』如何能不喜悅呢?
- 5) Holstenius 讀做 Lucido vultu ut matrona Christi, ut Dei delicata, vigore oculorum dejiciens omnium conspectum.

ad sanguinem, ab obstetrice ad retiarium,<sup>1)</sup> lotura post partum baptismo secundo.

Et cum delati essent in portam et cogerentur habitum induere, viri quidem sacerdotum Saturni, feminæ vero sacratarum Cereri<sup>2)</sup>: generosa illa in finem usque constantia repugnavit. Dicebant enim: „Ideo ad hoc sponte pervenimus, ne libertas nostra obduceretur.<sup>3)</sup> Ideo animas nostras addiximus,<sup>4)</sup> ne tale aliquid faceremus: hoc vobiscum pacti sumus.“ Agnovit injustitia justitiam: concessit tribunus, ut quomodo erant, simpliciter inducerentur.

Perpetua psallebat, caput jam Aegyptii calcans. Revocatus et Saturninus et Satorius populo spectanti comminabantur de hoc. Ut sub conspectu Hilariani pervenerunt, gestu et nutu cœperunt Hilariano dicere: „Tu nos“, inquiunt, „te autem Deus judicabit.“ Ad hoc populus exasperatus, flagellis eos vexari pro ordine venatorum postulavit. Et utique illi gratulati sunt, quod aliquid et de dominicis passionibus essent consecuti.

### XIX. 切望鬥獸者被擲與野獸富潤兩次不受損

Sed qui dixerat: *Petite et accipietis* (Jo 16, 24), petentibus dedit eum exitum, quem quisque desideraverat. Nam si quando inter se de martyrii sui voto sermocinabantur, Saturninus quidem omnibus bestiis velle se objici profitebatur: ut scilicet gloriosorem<sup>5)</sup> gestaret coronam. Itaque in commissione spectaculi, ipse et Revocatus leopardum experti, etiam super pulpitem ab urso vexati sunt.

- 1) 方才作了染血的產婦，如今去流血致命。昨日剛當了收生婆，今日往戰鬥者前。Retiarius = 鬥獸者；因他多用鉄釵上挑以網羅(rete)；用此好攫獲敵人的頭部，而拉倒於地上。
- 2) 罰以鬥獸的男人當穿僧衣紅衫；女人當束妮姑的頭巾。
- 3) 原文中有個 obducere，這辭斐洲學者慣用他代替 offuscare, obscurare, violare, imminuere 等字，是減少，防碍，傷損一類的意思。
- 4) 原文的，animas addiximus 是甘赴死刑的意思，猶如說：judicio capitali subjecimus。
- 5) 文中有『更榮耀的花冠』一語。因為，就如戴爾都良 (Tertullianus) 說的：『戰鬥大，賞報隨之亦大』。

Saturus autem nihil magis quam ursum abominabatur; sed uno morsu leopardi confici se jam præsumebat. Itaque cum aper subministraretur, venator potius, qui illum aprum subministraverat, subfossus ab eadem bestia, post dies muneris obiit. Saturus solummodo tractus est. Et cum ad ursum substractus<sup>1)</sup> esset in ponte, ursus de cavea<sup>2)</sup> prodire noluit. Itaque secundo Saturus illæsus revocatur.

### XX. 聖婦們的苦刑, 即: 被擲與獸又被喚出

Puellis autem ferocissimam vaccam, ideoque præter consuetudinem comparatam, diabolus præparavit: sexui earum etiam de bestia æmulatus. Itaque despoliatæ et reticulis<sup>3)</sup> indutæ producebantur. Horruiit populus alteram respiciens puellam delicatam, alteram a partu recenti stillantibus mammis. Ita revocatæ discinguntur.

Inducitur prior Perpetua; jactata est et concidit in lumbos; et ut conspexit tunicam a latere discissam, ad velamentum femorum adduxit, pudoris potius memor<sup>4)</sup> quam doloris. Dehinc requisita,<sup>5)</sup> et dispersos capillos infibulavit.<sup>6)</sup> Non enim decebat

- 1) 文中有『放野豬』的字樣, 因為平時怕他們跑了, 所以都是繫住. 至於應當鬥的人也是捆着, 免其逃脫, 這是高茂東 (Commodus) 皇上的命令.
- 2) 野獸的洞空是圍着鬥場築的, 好能容易往外放野獸. 傳說高茂東皇上在圓戲場鬥場上頭曾願修一個橋, 為能便易看獸.
- 3) 『但穿細網』就聖女蘭娣 (S. Blandina) 一樣, 受的各種苦刑以後, 『裹以細網, 投與野牛』 Epist. Eccl. Vienn. et Lugd.
- 4) 戴爾都良稱臉恥為基多徒的首等紀律 Tertull., de pudicitia 1; Apolog. 50. 亞立山城的格肋孟 (Clemens) 道: 『婦女的不拘那一段肢體赤着, 是極不端壯的.』 Pædag. 2, 10. 尙且連外教地方也都是極重這臉恥的. 我們以禮教著名的中國, 現在也起始腐化了. 可惜的很哪!
- 5) 便是說的: 聖女既挨了這一口, 受傷頗重, 已算戰敗了, 所以有人領她出場. Colombo 讀做 Dehinc acu requisita laceratam vestem coaptavit.
- 6) infibulare 是從 fibula 鑽卸來的. 彷彿說聖女用自己頭上的簪環一類理束散髮.

martyrem dispersis capillis pati, ne in sua gloria plangere videretur. Ita surrexit, et elisam Felicitatem, cum vidisset, accessit et manum ei tradidit et sublevavit illam. Et ambæ pariter steterunt. Et populi duritia devicta, revocatæ sunt in portam Sanavivariam.

Illic Perpetua a quodam tunc catechumeno, Rustico nomine, qui ei adhærebat, suscepta et quasi a somno experta (adeo in spiritu et in ecstasi fuerat)<sup>1)</sup> circumspicere cœpit et stupentibus omnibus ait: „Quando,“ inquit, „producimur ad vaccam illam nescio?“ Et cum audisset, quod jam evenerat, non prius credit, nisi quasdam notas vexationis in corpore et habitu suo recognovisset, et illum catechumenum. Exinde accersitum fratrem suum et illum catechuminum allocuta est eos, dicens: „In fide state et invicem omnes diligite; et passionibus nostris ne scandalizemini!“

#### XXI. 富潤爲豹所害,勸告兵士.諸致命聖人互相吻親,終被劍斬

Item Satorius in alia porta militem Pudentem exhortabatur dicens: „Adsum certe, sicut promisi et prædixi; nullam usque adhuc bestiam sensi. Et nunc de toto corde credas. Ecce prodeo illo, et ab uno morsu leopardi consumar!“

Et statim in fine spectaculi, leopardo objectus de uno morsu ejus tanto perfusus est sanguine, ut populus revertenti illi secundi baptismatis testimonium reclamaverit: „Salvum lotum, salvum lotum!“<sup>2)</sup> Plane utique salvus erat, qui hoc spectaculo claruerat.

Tunc Pudenti militi: „Vale“, inquit, „memor esto fidei meæ; et hæc te non conturbent, sed confirment!“ Simulque ansulam de digito ejus petiit, et vulneri suo mersam reddidit ei, hereditatem pignoris relinquens illi et memoriam sanguinis.<sup>3)</sup> Exinde

<sup>1)</sup> 原文中的 in ecstasi 彷彿是說:一時失了知覺;平常說:出神.參看 Apc 4, 2 我立刻神魂被提.

<sup>2)</sup> 『受洗的得救』這是民衆嘲笑教民的呼聲.因爲人皆盡知,基多徒相信:人以聖洗得救.此次民衆看見致命的流了如許鮮血,宛如血洗了的一般,故發這譏諷之言.

<sup>3)</sup> 『流血的記念』.爲什麼還有懣怨恭敬聖憫的人呢?難道這浸以先烈之血的戒指是當棄之不顧的嗎? Cod. Salisb.: reddidit ei beatam hereditatem, pignus.

jam exanimis prosternitur cum ceteris ad jugulationem solito loco.<sup>1)</sup>

Et cum populus illos in medium postularet, ut gladio penetrante in eorum corpore oculos suos comites homicidii adjungeret; ultro surrexerunt, et se quo volebat populus transtulerunt: ante jam osculati invicem, ut martyrium per sollemnia pacis<sup>2)</sup> consummarent. Ceteri quidem immobiles et cum silentio ferrum receperunt; multo magis Satorius: qui et prior scalam ascenderat, prior reddidit spiritum; nam et Perpetuam sustinebat.

Perpetua autem, ut aliquid doloris gustaret, inter costas puncta exululavit, et errantem dexteram tirunculi gladiatoris ipsa in jugulum<sup>3)</sup> suum posuit. Fortasse tanta femina aliter non potuisset occidi, quia ab immundo spiritu timebatur, nisi ipsa voluisset.

### 結束: 諸聖致命的結局

O fortissimi ac beatissimi Martyres! O vere vocati et electi in gloriam Domini nostri Jesu Christi, quam qui magnificat et honorificat et adorat, utique et hæc non minora veteribus exempla in ædificationem ecclesiæ legere<sup>4)</sup> debet, ut novæ quoque virtutes unum et eundem semper Spiritum Sanctum usque adhuc operari testificentur, et omnipotentem Deum Patrem et Filium ejus Jesum Christum Dominum nostrum, cui est charitas et immensa potestas in sæcula sæculorum. Amen.

- 1) 圓劇場中有一個一定的所在；在那裏凡鬥獸未死而活不成的人，都被剝去衣服，置之死地。初學斬人的，便在這裏利用那待死尚活的人命練習技藝。常生就是供獻給了其中的一人。
- 2) 『平安的盛禮』，是聖吻的代名。拏這平安的表現來預備致命原很恰當；因為致命聖人是愛平安的，是教導我們保守平安的，因着平安得到天鄉，得見天主的！
- 3) 『抓着他錯施的右手...』兇手從狂暴中發出的行爲，聖女蒙天主的默感毅然和平的代爲告終了。
- 4) 當知古時常在堂裏公誦致命行傳，直至聖奧斯定時其風未替：In Natali Perp. et Felic. sermo 280, 1 et 282, 2. PL 38, 1231 et 1258.

## IV. Martyrium SS. Carpi, Papyli et Agathonicæ

*Asiæ Minoris urbes, quibus S. Joannes Apostolus Evangelium misit atque, ut in Apocalypsi (c. 2—3) refert, septem epistolas scripsit, non solum fidei christiæ acerrimos adversarios, sed etiam ejusdem fortissimos testes protulit. Qui jam ab Eusebio (Historia eccl. 4, 15, 46—47) laudibus efferuntur: „Aliorum præterea, qui in urbe Asiæ Pergamo sub id tempus martyrium passi sunt, Acta etiamnum circumferuntur, Carpi scilicet, Papyli et mulieris cujusdam Agathonicæ, qui post multas atque illustres fidei nostræ confessiones glorioso exitu consummati sunt.“*

*Attamen martyrium eorum ex Simeonis Metaphrastis (X sæc.) recensione longiore tantum notum erat per sæcula, donec Aubé a. 1881 e codice Parisino (XI sæculi forsitan) textum breviorum, qui hodie genuinus et originalis agnoscitur, edidit (Revue archéologique, 42, 348—360: Paris 1881; item postea Ad. Harnack in „Texte und Untersuchungen, 3. Bd. Hefte 3—4, 435—65: Leipzig 1888, quem textum apud Kirch, Enchiridion Fontium Historiæ Ecclesiasticæ Antiquæ n. 78—90 invenies; cf. etiam Rauschen, Flor. 3, 89—96). Carpus qui testimonio Metaphrastis Thyatiræ fuerat episcopus, Papylo eruditior ac nobilior tum ex judicis quæstionibus cum Sancti ipsius responsis fuisse probatur. Dubitari nequit, quin Papylus, Thyatiræ civis (c. III) et præco (c. III) Evangelii, ejus diaconus fuerit. Uterque post constantem confessionem a proconsule damnati sunt ad rogam, cui adstans mater christiana, Agathonicæ nomine, Spiritu afflante, flammis ultro se obtulit.*

*Cum Acta nec tempus persecutionis nec nomina imperatoris proconsulisque referant, auctores de ætate usque nunc disputant: Alii sequuntur recensionem posteriorem, qua Decii (a. 249—251) persecutione mortui sunt: ita Aubé, Rauschen; alii probant sententiam Eusebii, qui Marco Aurelio (a. 161—180), Lucio Vero jam conregnante (a. 161—169) martyres istos combustos esse censet. Martyrologium Romanum Idibus Aprilis hos sanctos commemorat.*

## 序

余讀默示錄，見於若望宗徒所管之七處教會中，亦有伯加莫第亞底拉兩城。伯加莫城建設的極爲莊麗，有一座馳名的大書房，中有書籍兩萬餘卷；又有許多廟宇，就如酒神，女神，醫神，特外 Zeus Soter = Jupiter = 天爺的廟堂建築的華美。大殿正中有一大祭台，十分莊嚴。前此本城王子 Attalus 曾與羅瑪國訂了和約，凡他轄領的地土，全交羅瑪人權下；僅有此城留爲自由地區，王子死後，羅瑪人於西歷紀元前 129 年上始佔據此省。因風化所感，此城亦漸恭敬羅瑪皇上 Augustus 和羅瑪女神的偶像。其他幾城敬邪神之風，有彷彿的光景；故此彼城開教甚是困難。雖然如此，到也出了不少的熱心教友，竟有甘心爲主捨生致命的，就如此書內紀述的三位聖人。

據 Martyrologium Romanum 上記；果毅是第亞底拉城的主教，葩皮祿是他的六品，善捷是六品的姊妹。前二位聖人皆受了鑊刑之後，釘於木柴上，被火焚化了。此時聖婦見有天主的顯示，遂毅然自甘爲主投火而死。

年代或是第二或第三世紀內，我們不能確知是那一年；因爲書內皇上和副總統的名子都沒記載。第四世紀據 Eusebius 的考察，似乎是安多尼爲皇上的時候。他曾有一段話論這事說過：『在小亞洲伯加莫城內尚有幾位同時致命的聖人，其致命的口供現在民間仍有傳述，他們的名字就是：果毅 葩皮祿及聖婦善捷，在公堂上明白承認自己的信德，遂得了致命的光榮。』

現在聖教會於西歷四月十三號過他們的瞻禮。

## Martyrium SS. Carpi, Papyli et Agathonicae

果毅葩皮祿善捷致命始末

## Acta proconsularia 堂供

I. 果毅葩皮祿被解到亞洲副總統台前,認耶穌爲天主子,已爲其徒;拒絕祭祀邪神的勸令

Dum commoratur proconsul<sup>1)</sup> Pergami,<sup>2)</sup> adducti sunt ei beati Carpus et Papyrus,<sup>3)</sup> martyres Christi. Proconsul, sedens pro tribunali, dixit: „Quis vocaris?“ Beatus: „Primum mihi“, inquit, „atque eximium nomen Christianus; sin illud quæris, quo in mundo appellor, Carpus.“ Proconsul dixit: „Innotuerunt tibi certe decreta Imperatorum,<sup>4)</sup> quibus jubemini deos colere, quorum numine omnia reguntur; quare suadeo tibi, ut accedas et sacrifices.“

Carpus respondit: „Ego Christianus sum; Christum, Filium Dei, colo,<sup>5)</sup> qui novissimis his temporibus venit ad salutem nostram et nos a fraude diaboli eripuit; talibus vero simulacris non sacrifico. Fac, quod vis! Ego enim non possum sacrificare fallacibus spectris dæmonum; nam ii, qui his sacrificant, similes iis sunt. Etenim sicut veri adoratores, qui secundum divinum illud Domini effatum, *in spiritu et veritate*<sup>6)</sup> Deum adorant,

1) 副總統的公署在厄弗所 (Ephesus) 城. 但有時爲法決案件, 巡行他城現今適逢其在伯加莫 (Pergamum) 城.

2) 伯加莫是古羅馬大國的 Mysia 省的省城, 本地土產中羊皮紙爲大宗, 拉丁文喚之曰 *pergamentum*; 故此城亦因之得名. 聖若望在默示錄上曾有兩次提過此城 (Apc 1, 11. 2, 12—17), 稱之爲魔鬼的寶座. 亦有一位聖人所謂 Antipas 者, 在此爲主致了命. 由此可見當日此地開教的困難矣.

3) Carpus 本文有菓實的意思, 又因其特性剛強, 故譯做果毅; Papyrus 不知本文有何意義, 故照音譯之曰葩皮祿.

4) 參看聖鴻義篇 I 注意 1; V.

5) 敬拜基多的稱爲基多徒. 此處稱基多爲聖言, 爲天主子, 皆是若望聖經的回聲, 因爲若望正是爲此處寫著的聖經.

6) 參看 Jo 4, 23.



Dei gloriae similes evadunt atque cum eo sunt immortales, aeternae vitae per Verbum participes facti, ita etiam ii, qui his cultum exhibent, similes evadunt vanitati daemonum, et cum iis in gehenna pereunt. Nam poena justa est cum eo, qui hominem, eximiam hanc Dei creaturam, seduxit, diabolum dico, qui propria malitia [daemones] ad invidendum homini incitavit. Scito igitur, proconsul, me his non sacrificare!“

## II. 聖人在判官前毅然確證邪神是虛無

Tum proconsul iratus dixit: „Sacrificate diis et nolite tam stulte agere!“ Carpus subridens: „Dii“, inquit, „qui caelum et terram non fecerunt, pereant!“<sup>1)</sup> Proconsul dixit: „Sacrificare debes; nam ita praecipit Imperator.“<sup>2)</sup> Carpus respondit: „Vivi mortuis<sup>3)</sup> non sacrificant.“ Proconsul dixit: „Dii tibi videntur mortui esse?“

Carpus dixit: „Visne audire? Illi ne homines quidem fuerunt<sup>4)</sup> aut umquam vixerunt, ut morerentur. An vis cognoscere hoc verum esse? Adime iis honorem, quo te putas illos afficere, et cognosces eos nihil esse: materia sunt et cum tempore intereunt. Etenim Deus noster, cum sit temporis expers et saecula fecerit, ipse incorruptus et aeternus permanet, idem semper existens et neque augmentum neque detrimentum patitur;<sup>5)</sup> sed hi et ab hominibus fiunt et tempore, ut dixi, corrumpuntur.

- 1) 言外是說：惟獨造化天地的那位真神，才是永存不滅的；致於你們所憶為是神的，一於古經上稱之為虛無，一自然就是滅亡的，決不可信服依靠。
- 2) 從前章著 Imperator 於多數看出來，先前皇上出的上諭於當日仍有效力；但當時皇上的名字本書未行紀出，甚為憾惜。
- 3) 於十二宗徒道理中第六篇內有彷彿的一段說：『致於食物你該量力而用；但是祭了偶像的食品，是決不許用的，因為那是崇拜死神啊！』
- 4) 西歷紀元前三百年左右有個人，名 Euhemeros，想希拉人所敬的神大約皆是從前的皇上或戰士，如同中國的三皇五帝，關公岳飛等。
- 5) 這一節特標出天主的兩樣屬性：第一他不限於時候，換言之就是永遠的；第二他是永不受增損的變更，這變更的世代却是他造設的。

Quod vero oracula<sup>1)</sup> edunt et homines fallunt, noli mirari! Namque diabolus<sup>2)</sup> a primæva sua gloriosa sede lapsus, propria perversitate ei caritati, qua Deus hominem amplectitur [se opponit]; et quia a sanctis supprimitur, his adversatur, et contra eos bella parat et suis ea, quæ facturus est, ante annuntiat. Similiter etiam ex iis, quæ cotidie nobis eveniunt, magna experientia instructus (est enim ætate antiquior) futura prædicit, quæ ipse machinatur. Habet enim ex sententia Dei injustitiam [et] scientiam, et permissu Dei tentat hominem, atque id agit, ut eum a pietate seducat. Crede igitur mihi, consularis,<sup>3)</sup> vos in vanitate esse haud parva!“

### III. 二聖忠勇承識基多乃受鑄刑

Proconsul dixit: „Eo quod te multa fabulari sivi, [te] ad maledicendum diis et Augustis<sup>4)</sup> induxi. Itaque ut ne amplius progrediaris, sacrificasne? an quid dicis?“ Carpus dixit: „Fieri non potest, ut sacrificem; neque enim umquam sacrificavi simulacris.“<sup>5)</sup> Continuo igitur jussit eum suspensum radi.<sup>6)</sup> Is vero clamabat: „Christianus sum!“ Et cum diu raderetur, defetiscabatur nec jam valuit loqui.

Carpoque relicto, proconsul ad Papyllum<sup>7)</sup> se convertebat, dicens ei: „Decurio es?“<sup>8)</sup> Qui dicit: „Civis sum.“ Proconsul dixit:

- 1) 中文譯做神言，好像中國巫婆子下神的時候，說的神話一樣；皆是出自魔鬼。魔鬼之所以能預報將來的事，原因有二：一因為是他自己要做的事，二因為他有好幾千年的人事經驗，見有同樣的原因，預推將來必有同樣的效果。
- 2) 這裏亦記載了魔鬼原初榮位，後來犯罪下了地獄。其最大以誘惑吾人固有的毛病，就是：嫉妬，詭詐。
- 3) Consularis 是一個尊榮名義，除總統外副總統亦能得之。凡有此名義的人，著有規定的制服，於國民會中得有首先發言的特權。
- 4) 羅馬人恭敬皇上所用之禮甚嚴甚重，與敬神之禮不甚差別。
- 5) 從這兩句話可以看得出來，二位聖人自幼就領洗入了聖教。
- 6) 副總統立時命人將他縛掛到稱桿上，用齒杷零刮。
- 7) 葩皮祿聖人生於第亞底拉 (Thyatira) 城，自幼保守了貞德。後來一準陞了六品，大約他跟着果毅主教，到處宣傳聖教，因講道付洗之工，掙得了不少的神子也。
- 8) Decurio 是當時羅馬國一個卑小的爵位，同中國的紳士彷彿，能參預縣政府的政權。

„Cujus urbis civis?“ Papyrus dixit: „Thyatirorum.“<sup>1)</sup> Proconsul dixit: „Liberosne habes?“ Papyrus respondit: „Et quidem multos per Deum.“ Unus tum aliquis e vulgo clamavit et dixit: „Secundum fidem suam christianam se dicit multos liberos habere.“ Proconsul dixit: „Quare mentiris ac dicis te liberos habere?“ Papyrus dixit: „Visne cognoscere me non mentiri, sed vera dicere? In omni provincia et urbe sunt mihi liberi per Deum.“ Proconsul dixit: „Sacrificasne? an quid dicis?“ Papyrus: „Ab adolescentia“, inquit, „Deo servio, neque umquam simulacris sacrificavi, sed sum Christianus; et plura a me audire non habes, neque enim hoc aut majus aut melius quidquam dicere possum.“ Deinde et ipse suspensus et rarus, ter binis scalpris<sup>2)</sup> cruciatus est et vocem nullam emisit, sed ut genuinus athleta iram adversarii sustinebat.

#### IV. 二聖釘於板上被焚致命

Visa proconsul praestanti eorum patientia, jubet eos vivos cremari; et descendentes properabant ambo ad amphitheatrum, ut celeriter e mundo discederent. Ac primus quidem Papyrus clavis ligno affixus<sup>3)</sup> elevatus est et, admoto igne, tranquille precatus animam tradidit.

Et post hunc Carpus clavis affixus subrisit; ii vero, qui adstabant, mirantes dixerunt ei: „Quid est, cur riseris?“ Beatus

<sup>1)</sup> 第亞底拉城，原係遷居此地的瑪則道 (Macedo) 人修蓋的，因其位置建於 Lydia 省，Lycus 河岸上，有一條大道經過，北通 Pergamum 城約有一百九十里，南通 Sardes 城，約有六十六里，所以甚是衝要。後經 Seleucides 爲敵抗 Pergamum 城的威勢，繞着城特設了很多衛城的建築。據默示錄 (Apc 2,18—29) 紀載：聖若望宗徒的時候，在此城有座教會，主教府亦在此處。當初的教務尙好，後約到了五十年上，被蒙塔諾 (Montanus) 異端派佔領此城，遂成了他們的根據地點。

<sup>2)</sup> 用三對鐵鈞子排列而成的杷子。本文有 tria paria mutavit.

<sup>3)</sup> 參看聖玻里加皮主教致命傳畧：「劊子手催促聖主教上火堆裏頭，還想着用釘把他釘起來。聖主教說：我求你們不要釘我，因爲那教我能忍受火燒的天主定然也教我能在火堆中安穩不動，用不着什麼釘束縛我。」

vero: „Vidi“, inquit, „gloriam Domini<sup>1)</sup> et gavisus sum, ac simul a vobis liberor nec vestrorum malorum consors sum.“ Cum deinde miles ligna apposita succenderet, sanctus Carpus pendens dixit: „Nos quoque ab eadem matre Heva nati sumus eandemque carnem habemus; sed aspiciamus verum illud tribunal, et omnia patienter toleremus!“<sup>2)</sup> Hæc locutus, dum ignis apponitur, precatus est dicens: „Benedictus es, Domine Jesu Christe, Fili Dei, quod etiam me peccatorem hac tua sorte dignatus es!“ Quæ cum dixisset, animam reddidit.

#### V. 聖婦善捷自甘爲主致命; 教友收藏致命者之遺骸

Agathonica<sup>4)</sup> autem, mulier quædam, quæ adstabat, cum vidisset gloriam Domini, quam Carpus se conspexisse dixerat, et cognovisset vocationem esse cælestem, subito exclamavit: „Prandium istud mihi paratum est; oportet me igitur participem fieri ac de glorioso hoc prandio comedere.“<sup>5)</sup>

Vulgus clamabat, dicens: „Miserere tui filii!“ Beata yero Agathonica dixit: „Deum habet, qui potest ejus misereri, nam ipse omnium est provisor. Ego autem, ad quid adsum?“ Et exutis vestimentis, jubilans se ipsa stravit super lignum.<sup>6)</sup> Quod

- 1) 正在致命的時候,聖人看見了天主的光榮,如同宗徒行實上紀載的,聖徒斯德望致命的光景彷彿,表示天主已定了他的永賞,救出於他們的毒手,同他們的凶惡毫不相干.故此更增加了他致命的勇敢.
- 2) 衆位一母(厄娃)同生,一脈相傳的弟兄們!我們堅心忍耐這苦,是因為怕將來的真正審判.這幾句,內括天下人類同出一個原祖,有一樣的本性.都是生來就求福免禍,覺着痛苦難受;故孔子說:『己所不欲勿施於人』若不如此,難免天主將來之嚴判.
- 3) 聖人確知致命是天主的特恩,想自己是罪人,實不敢當如此破格的賞賜;故臨死的時候,說出這幾句謙遜感恩的話.
- 4) bona victoria 故華文譯做善捷.
- 5) 此處以天福比做筵席,是影照耶穌在聖經上的話 Mt 8, 11. Lc 14, 15.
- 6) 據聖教的公規,教友不可自甘冒投致命的機會;因為耶穌說過:『人在這城裏窘迫你們,你們就逃到那城裏去.』Mt 10, 23. 參考 p. 49, 2. 然此位聖婦想着得了天主聖神的默啟;故其致命全出好心.到底看似她也有點染化了蒙塔諾異端派的意味;因為他們想着於耶穌降生立國之後,尚有天主聖神降臨建設他的新國,他的默啟多半借着婦女的口表示出來.

qui videbant, lamentati sunt dicentes: „Crudele iudicium et injusta imperia!“

Tum ipsa quoque in altum sublata est atque ignem tetigit et ter clamavit dicens: „Domine, Domine, Domine, auxiliare mihi, nam ad te confugi!“ Et sic reddidit spiritum et consummata est cum sanctis. Quorum reliquias<sup>1)</sup> clam Christiani sublatas servaverunt ad gloriam Christi et laudem martyrum ejus;<sup>2)</sup> quia ipsi decet gloria et imperium, Patri et Filio et Spiritui Sancto, nunc et semper et in sæcula sæculorum. Amen.

---

<sup>1)</sup> 看來那時候的教友就尊重致命聖人們的遺骸。參看 Acta S. Just. p. 8, 4.

<sup>2)</sup> 參看 Martyrologium Romanum die 13. Aprilis: „Pergami, in Asia in eadem persecutione natalis sanctorum Martyrum Carpi, Thyatirensis Episcopi; Papyli Diaconi, et Agathonicæ, ejusdem Papyli sororis et optimæ feminæ, atque Agathodori, eorum famuli; aliorumque multorum. Hi omnes, post varios cruciatus, pro beatis confessionibus martyrio coronati sunt.“

---

---

## V. *Confessio et Martyrium S. Cypriani Episcopi*

*Confessio et martyrium S. Cypriani Episcopi continet acta proconsularia, scilicet ea, quæ die 30. Aug. a. 257 coram Aspasio Paterno proconsule acta sunt. Qui iudex celeberrimum episcopum in exsilium misit ad urbem Curubitanam prope Carthaginem sitam. Inde novus proconsul Galerius Maximus Cyprianum captivum sibi offerri jussit, ut eum capitis damnaret. Tertia pars, quæ de beato martyrio in vico Sexti die 14. Sept. a. 258 perpesso agit, sine ullo affectu subjectivo scripta est. Quicumque litteras illas attente legerit, statim cognoscet, sententiam judicalem ab ipso scriptore propriis auribus esse auditam necnon ipsum martyrium ab eodem propriis oculis esse spectatum. Quas relationes manus tertii, nota interposita, conjunxit cum prima parte jamjam divulgata, quod ex citatione in epistola 78 (c. 2 „acta proconsulis“) et Pontii Diaconi, Vita S. Cypriani (c. 11 „acta“) facta, elucet. Hic textus invenitur in Migne PL 3, 1498 sqq. (cf. etiam Ruinart, Acta primorum martyrum<sup>2</sup> 216—18) et apud Hartel 3 (Corpus Vindobonense) 1871, CX—CXIV, quem etiam C. Kirch, Enchiridion Fontium Historiæ Ecclesiasticæ Antiquæ n. 301—06 resumpsit.*

---

## 序

聖徐伯良主教在斐洲北部迦太基京城生人。父母雖是外教，家道却極其富貴。自幼讀書於迦太基本城，專心研究了他最喜好，最注重的口才學 rhetor = orator。降生後 246 年從司鐸 Cacilius 的勸導，得識真主，領洗奉教。此後把本家財產散於窮人，發了終身童貞願潛心事奉天主。約在 248 年末或 249 年初被選為迦太基本城主教。

聖徐伯良作迦太基城主教，所遭的困難，所有的工作，都是很偉大的。250 年，羅馬皇上丕修 (Decius) 難為聖教，主教因關心所屬牧羊，被逼逃在城外近處，暗地同本城司鐸信友輩見天密密來往，克盡司牧的責任。以後教難平息，主教歸回本座，以慈牧的心腸，收留那先前教難時背教的信友。不久在迦太基又發生了瘟疫，聖人親冒危險，服事病人。250 年八月三十日聖徐伯良被逮，當副總統亞帕修 巴德諾面前，明證信德。後又被充軍至離迦太基附近的庫魯濱城。次年新副總統到任，召回主教，判決了他的死罪。至於他致命的始末請看本篇。

聖徐伯良主教原是聖教會的大聖祖。他出名的著作：有信札約八十封；論背教信友，論死亡，論真教至一各一。內中所講的道理，另外是關於道理的實行方法，不若別位聖祖但論道理之文理學說。

聖奧斯定在聖人的致命週年說過：『宇宙間何處去尋有不讀他的（徐伯良）言論，不稱他的道德，不感他的恩愛，不頌他的善生，不欽他的福終，不祝他的致命紀念的地方呢。』

聖教會自古就很尊敬聖徐伯良聖祖，每年陽九月十六日過他的瞻禮又天天在彌撒正祭中記念他的聖名。

## Confessio et Martyrium S. Cypriani Episcopi

### 徐伯良主教的明證和致命始末

#### Acta proconsularia 堂供

#### I. 聖徐伯良第一次在副總統巴德諾前明證信德; 并不露神父們的下落

Imperatore Valeriano<sup>1)</sup> quartum et Gallieno tertium consulibus, tertio Kalendarum Septembrium Carthagine<sup>2)</sup> in secretario Paternus<sup>3)</sup> proconsul Cypriano episcopo dixit: „Sacratissimi imperatores Valerianus et Gallienus litteras<sup>4)</sup> ad me dare dignati sunt, quibus præceperunt eos, qui Romanam religionem non colunt, debere Romanas cæremonias recognoscere. Exquisivi ergo de nomine tuo, quid mihi respondes?“ Cyprianus episcopus dixit: „Christianus sum et episcopus. Nullos alios deos novi nisi unum et verum Deum, qui fecit cælum et terram, mare et quæ sunt in iis omnia. Huic Deo nos Christiani deservimus: hunc deprecamur diebus ac noctibus pro nobis et pro omnibus hominibus et pro incolumitate ipsorum imperatorum.<sup>5)</sup>“

Paternus proconsul dixit: „In hac ergo voluntate perseveras?“ Cyprianus episcopus respondit: „Bona voluntas, quæ Deum novit, immutari non potest.“ Paternus proconsul dixit: „Poteris ergo

<sup>1)</sup> Valerianus 皇上在位七年 (a. 253—260) 初待教友極平和. 在自己皇宮內也有許多教友作官供役. 末年因朋友 Macrianus 的煽惑改變了主意難為教會. Gallienus 是 Valerianus 的兒子 260 年承父業, 在位八年.

<sup>2)</sup> Carthago 城是 Punica 民主國的故都. 降生前 149—146 年與羅馬人第三次戰被毀. 至 122 年經 Cajus Gracchus 重修. 發達的極其速快. 直至三世紀時嘗為斐洲北部第一大城, 副總統駐此, 又為主教本署. 1930 年聖體大會公開於此.

<sup>3)</sup> Aspasius Paternus 副總統 257 年統理斐洲省.

<sup>4)</sup> Valerianus 皇上出過數道諭旨: 第一道首命教民領袖祭祠羅瑪神, 不然罰充軍; 次禁教民聚會私入林地, 違者死.

<sup>5)</sup> 此處 Cyprianus 不但明認自己是教友, 是主教, 連教中信條之第一端道理: 我信全能者, 也明言不諱, 另又把教中祈禱的常例, 清白的說明: 第一論時刻: 白天黑夜; 第二論為誰: 為自己, 為衆人, 為帝王.



secundum præceptum Valeriani et Gallieni exsul ad urbem Curubitanam<sup>1)</sup> proficisci?“ Cyprianus episcopus dixit: „Proficiscor.“

Paternus proconsul dixit: „Non solum de episcopis, verum etiam de presbyteris mihi scribere dignati sunt. Volo ergo scire ex te, qui sint presbyteri, qui in hac civitate consistunt.“ Cyprianus episcopus respondit: „Legibus vestris bene atque utiliter censuistis delatores non esse. Itaque detegi et deferri a me non possunt. In civitatibus autem suis invenientur.“ Paternus proconsul dixit: „Ego hodie in hoc loco exquiro.“ Cyprianus dixit: „Cum disciplina prohibeat, ut quis se ultro offerat<sup>2)</sup> et tuæ quoque censuræ hoc displiceat, nec offerre se ipsi possunt, sed a te exquisiti invenientur.“

Paternus proconsul dixit: „A me invenientur.“ Et adjecit: „Præceperunt etiam, ne in aliquibus locis conciliabula fiant<sup>3)</sup> nec cœmeteria ingrediantur. Si quis itaque hoc tam salubre præceptum non observaverit, capite plectetur.“ Cyprianus episcopus respondit: „Fac, quod tibi præceptum est!“

## II. 聖徐伯良主教被充軍庫魯濱城;後又招回被拘

Tunc Paternus proconsul jussit beatum Cyprianum episcopum in exsilium deportari. Cumque diu ibi moraretur,<sup>4)</sup> successit

- 1) Curubis 城在 Carthago 城迤南;從前這城的主教是 Carthago 城主教的屬員. 現今猶有以此城爲主教名者.
- 2) 自去投案』論這事 Cyprianus 在自己末封信 83,2 上說:『誰若被捕或是被人告發,他就該實說;因爲在我們心裏的天主,到那時候就教我說話.因爲他更願意我們實說比着我們自去投案.』PL 4, 446. 參考 Acta S. Carpi V.
- 3) 參看 Tertullianus, Apologeticum 29, 24:『幾時我們上會,爲誰有害呢?我們聚齊,正是離散;我們集合,正是單獨.誰也不害,誰也不戚,因爲聖賢貞潔,正人君子的集合聚齊,稱爲善會則宜,稱爲叛黨則不可也.』
- 4) 參考聖 Pontius 所著之聖 Cyprian. 行事: Cyprianus 被充軍時於家人中特揀 Pontius 爲自己充軍隨員. Pontius 到也甘心跟去,(可惜未得同他一齊致命). 據他記載聖 Cyprianus 的充軍行事說: Cyprianus 被充軍是在降生後 257 年秋天. 他第 76 信也是那時寫的:『我極恩愛而蒙多福的衆弟兄! 爲應爾等榮福的使命. 若不是因我承認我職名(主教)的緣故,受繫於此禁囿之中,我早該到爾等前會面行禮(相抱之禮)』PL 4. 428.

Aspasio Paterno proconsuli Galerius Maximus proconsul, qui sanctum Cyprianum episcopum ab exilio revocatum sibi jussit praesentari. Cumque Cyprianus sanctus martyr electus a Deo de civitate Curubitana, in qua exilio ex praeepto Aspasio Paterni tunc proconsulis datus fuerat, regressus esset,<sup>1)</sup> ex sacro praeepto in suis hortis manebat et inde cotidie sperabat veniri ad se,<sup>2)</sup> sicut illi ostensum fuerat.<sup>3)</sup>

Et cum illic demoraretur, repente Idibus Septembris, Tusco et Basso consulibus, venerunt ad eum principes duo, unus strator officii Galerii Maximi proconsulis, qui Aspasio Paterno successerat, et alius equistrator a custodiis ejusdem officii. Qui et in curriculum eum levaverunt in medioque posuerunt<sup>4)</sup> et in Sexti perduxerunt, ubi idem Galerius Maximus proconsul bonae valetudinis recuperandae gratia secesserat. Et ita idem Galerius Maximus proconsul in aliam diem Cyprianum sibi reservari praecipit.

Et eo tempore beatus Cyprianus ductus ad principem et stratorem ejusdem officii Galerii Maximi proconsulis clarissimi viri secessit et in hospitio ejus cum eo in vico, qui dicitur Saturni inter Veneream et Salutariam mansit.<sup>5)</sup> Illuc universus populus fratrum convenit. Et cum hoc Cyprianus comperisset, custodiri puellas praecipit, quoniam omnes in vico ante januam hospitii principis manserant.

1) 258 年夏天。

2) 瓦勒良出二道上諭後，聖徐伯良寫信與蘇才 Successus 主教說：『瓦勒良又函知了議事會，令凡是主教，司鐸，六品被逮，可以立時致死；但若（被告的）是議員，貴族，羅瑪騎御，就革他們的職，將其財物充公。若他們不遵國法，仍作基多徒也可以罰他們死。瓦勒良皇上把這信稿也傳與各省的總統。原來這個信是我們見天所盼到的。恆於堅確的信德上以俟受苦。望因天主的助佑能得永生之冠。』聖徐伯良又述在羅瑪城教宗錫徒第二致命。 PL4, 442.

3) 這次的現見及其註釋，參考 Pontius 所著之聖 Cyprianus 行事 12. 13. 『我已明見將要受的苦難了。』

4) S. Cyprianus 九月十四日 (Idibus Sept.) 被拿事蹟。參考聖奧斯定的講論第二章：『基多在二盜中，懸於十字上，是為作忍耐的善表。徐伯良在二官差中，坐於車上，是為受苦追隨基多遺表。』 PL 38, 1411.

5) 就是在味奴路及救援路中的壽星莊上。

### III. 徐伯良在副總統前二次明證自己是主教,爲教民之父

Et ita altera die octava decima Kalendarum Octobrium mane multa turba convenit ad Sexti secundum præceptum Galerii Maximi proconsulis, et ita idem Galerius Maximus proconsul eadem die Cyprianum sibi offerri præcepit in atrio Sauciolo<sup>1)</sup> sedenti. Cumque oblatus fuisset, Galerius Maximus proconsul Cypriano episcopo dixit: „Tu es Thascius Cyprianus?“<sup>2)</sup> Cyprianus episcopus respondit: „Ego sum.“

Galerius Maximus proconsul dixit: „Tu papam<sup>3)</sup> te sacrilegæ mentis hominibus præbuisti?“ Cyprianus episcopus respondit: „Ego.“ Galerius Maximus proconsul dixit: „Jusserunt te sacratissimi imperatores cæremoniari.“<sup>4)</sup> Cyprianus episcopus dixit: „Non facio.“ Galerius Maximus ait: „Consule tibi!“ Cyprianus episcopus respondit: „Fac quod tibi præceptum est; in re tam justa nulla est consultatio.“<sup>5)</sup>

- 1) Sauciolus 這個名詞很不明瞭.從全文看來大約是定人死罪廳的別名.
- 2) Thascius 是 Cyprianus 的號. Cyprianus 的字源是從拉丁文: Cyprium sive cuprum 銅字來的.爲此聖奧斯定講說:「如因他信心的純正,被基多化作基多徒,同樣也因他的馨香美味由銅成爲徐伯良 = a cypro Cyprianus.」Morin, S. August. Serm. ined. XXVI, p. 102.
- 3) papa, æ vel papas, atis 父.當時教友稱主教爲 papa. 參考 Passio S. Perp XIII 或 Acta S. Modesti et Viti: 小維篤稱端方爲自己的 papa 父親不只一次.
- 4) 可以重看 Valerianus 的第一道上諭 參看 I, 1 和第二道上諭 參看 II, 3.
- 5) 參看 S. Augustini, In nat. S. Cypr. I c. 3: 「義德除去我一切的疑惑,爲此我在這不疑惑的事上,用不着酌量.因爲堅心活於信德的義人,方能得死於肉身的平安.徐伯良以先既鼓勵別人戰勝仇魔,爲主致命.當然他也必行其所言,臨難不曲,毅然爲主受苦也:所以(說)在這很合理的事上,用不着酌量.」PL 38, 1414.

IV. 副總統定徐伯良的案,判以死刑

Galerius Maximus collocutus cum concilio<sup>1)</sup> sententiam vix et ægre dixit verbis hujusmodi: „Diu sacrilega<sup>2)</sup> mente vixisti et plurimos nefariæ tibi conspirationis homines aggregasti et inimicum te diis Romanis et religionibus sacris constituisti, nec te pii et sacratissimi principes Valerianus et Gallienus Augusti<sup>3)</sup> et Valerianus nobilissimus Cæsar<sup>4)</sup> ad sectam cærimoniarum suarum revocare potuerunt. Et ideo cum sis nequissimorum criminum auctor et signifer deprehensus, eris ipse documento his, quos scelere tuo tecum aggregasti: sanguine tuo sancietur disciplina.“ Et his dictis, decretum ex tabella recitavit: „Thascium Cyprianum gladio animadverti placet.“ Cyprianus episcopus dixit: „Deo gratias!“<sup>5)</sup>

V. 衆百姓前徐伯良被殺,教友夜間偷尸安葬

Post hanc vero sententiam turba fratrum dicebat: „Et nos cum ipso decollemur.“ Propter hoc tumultus fratrum exortus est et

- 1) 這是羅瑪人的風俗: 凡判官過堂問供的時候,常有顧問在座,趕問明口供之後,判官同顧問齊入判室後面用布帳隔開處,討論判決。
- 2) 褻瀆: 那時羅瑪百姓若有人犯了這褻瀆神靈的罪經大司教告發, 皇上有殺他的權柄。
- 3) 此處要留神皇上的稱呼: a) 稱皇上爲 Cæsar 這名原是降生前羅瑪的那嚇赫有名富有戰略之 Cæsar 總統的本名; 爲 Iulii 家的世襲祖名。至 Caligula 死後凡皇上及皇上的子孫皆以是名稱之。Hadrianus 以後,只稱皇上爲 Cæsar。  
b) 稱皇上爲 Augustus 起初是議事會爲光榮 Octavianus 以是言稱之。厥後凡皇上登基後,皆稱爲 Augustus。然此等名稱需放於本名後。他們稱皇上爲 pii et sacratissimi 本有點敬神意思。爲此他們死後也稱 divi et dii 神。至於 nobilissimus 是平常稱呼。他們這些稱呼與中國之稱皇上爲聖上,至尊,天子,陛下等等有同樣義意。
- 4) Valerianus 往 Persia 去的時候曾立其子 Gallienus 爲 Cæsar。這個難爲教友,惡貫滿盈的 Valerianus, 終究也沒得好死。當他在 Persia 的時候被擄,受了極重的刑罰。這也是他作惡的一個報應。
- 5) 當聖徐伯良的致命紀念日,聖奧斯定用以下的話結論自己的演說云:『徐伯良答應說感謝天主! 在這極榮耀的瞻禮日內,我們在此處作這偌大紀念的人,都要用盡我們平生的力氣說: 感謝天主。』  
PL 38, 1412.

multa turba eum prosecuta est. Et ita idem Cyprianus in agrum Sexti<sup>1)</sup> productus est et ibi se lacerna byrro exspoliavit et genu in terra flexit et in orationem se Domino prostravit.<sup>2)</sup> Et cum se dalmatica<sup>3)</sup> exspoliasset et diaconibus tradidisset, in linea stetit<sup>4)</sup> et cœpit spiculatorem sustinere.

Cum venisset autem spiculator, jussit suis, ut eidem spiculatori viginti quinque aureos darent. Linteamina vero et manualia a fratribus ante eum mittebantur. Postea vero beatus Cyprianus manu sua oculos sibi textit. Qui cum lacinias manuales ligare sibi non potuisset, Julianus presbyter et Julianus subdiaconus ei ligaverunt. Ita beatus Cyprianus passus est, ejusque corpus propter gentilium curiositatem in proximo positum est. Inde per noctem sublatum cum cereis et scolacibus<sup>5)</sup> ad areas<sup>6)</sup> Macrobiani Candidiani procuratoris, quæ sunt in via Mappaliensi juxta piscinas, cum voto et triumpho magno deductum est. Post paucos autem dies Galerius Maximus proconsul decessit.

Passus est autem beatissimus Cyprianus martyr die octava decima Kalendarum Octobrium sub Valeriano et Gallieno imperatoribus, regnante vero Domino nostro Jesu Christo, cui est honor et gloria in sæcula sæculorum. Amen.

<sup>1)</sup> in agrum Sexti] 在羅瑪聖人行實上說：往迦太基城外第六個石碑靠海的一個地方(每碑有一千步)。

<sup>2)</sup> 『大矣哉！公教之司牧，公教之致命者徐伯良，位益高，心更謙，不驕己，不傲人，宜其得天主寵，豐且多也』：聖奧斯定讚嘆聖徐伯良之詞。PL 34, 142.

<sup>3)</sup> 有的古書說是件裏衣 tunica 但也有的說是六品的祭衣。

<sup>4)</sup> in linea stetit = 站在受刑的地方。若按此篇之上下文看來也可作：他那時身上只穿着麻布裏衣，站在那裏。

<sup>5)</sup> scolacibus] Baronius 想是當時手中執燭的神職班。到底按 Rigaltius 也許是因爲黑夜無光，用來照明的火把。

<sup>6)</sup> areas] 從 S. Montanus 和其他聖人們的行實看來，必是當時教友的林地。

## ABBREVIATIONES

a. = anno	Jer = Jeremias
Act = Actus Apostolorum	Jo = Joannis Evangelium
adv. = adversus	Jud = Judæ epistola
Apc = Apocalypsis	l. = liber
Apol. = Apologeticum	L = Latina cf. PL
Aug., August. = Augustinus	Lc = Lucæ Evangelium
c. = caput	Mt = Matthæi Evangelium
Col = Epistola ad Colossenses	n. = numerus
Cor = epistola ad Corinthios	p. = pagina
cf. = confer	PL = Patrologiæ cursus com- pletus, series Latina, accu- rante J. P. Migne, Parisiis 1844 sqq.
cod. = codex	sæc. = sæculum
Cypr., Cyprian. = Cyprianus	scl. = scilicet
Dan = Daniel	sq. = sequens
deminut. = deminutivum	sqq. = sequentes
dial., dialog. = dialogus (cum Tryphone)	s., S. = sanctus, sancta
eccl. = ecclesia	ss., SS. = sancti, sanctæ
e. g. = exempli gratia	Synt. = Weig-Mittler, Syntaxis linguæ Latinæ, Yenchowfu 參看句學 = Synt.
E. H. = Kirch S.J., Enchiridion Fontium Historiæ Ecclesiasti- cæ Antiquæ, Friburgi Bris- govia, Herder 1915.	Tert., Tertull. = Tertullianus
ep., epist. = epistola	Tim = epistola ad Timotheum
etc. = et cetera	Tract. = tractatus
g. = gratia	v. = verbum
Gal = epistola ad Galatas	vol. = volumen
Hist., Histor. = historia	
ibid. = ibidem	



